This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

LIBRORUM,

QVI

ANTE REFORMATIONEM

IN SCHOLIS DANIÆ

PRÆLEGEBANTUR,

NOTITIAM

CUM

DIALOGO,

APPENDICE ET DEDICATIONE;

CONSCRIPSIT

PRO STIPENDIO

COLLEGII MEDICEI

MAG. *ERASMUS NYERUP.*

AMAN. BIBL. REG.

DISPUTATUR. D. 22 DECEMB. H. L. Q. S.

HAFNIÆ. 1784.

EXCUDEBAT J. F. SCHULTZ.

ASTOR LIBRARY NEW-YORK.

Digitized by Google

Digitized by Google

DIALOGUS.

W. — — — — — —

N. — — — — — —

W. Adeone cenſes neceſſariam eſſe diffuſam lingvarum notitiam?

N. Cenſeo; non enim jam ſola literatura latina contenti eſſe poſſumus, ut olim, cum omnia ſcientiarum & artium monumenta iſta ceu univerſali Eruditorum lingva conſignarentur: noſtro ævo non niſi præcipuarum, qvæ vivunt, lingvarum ſcientia vaſtiſſimus aperitur campus, in qvo late excurrat hominis literati in-

genium,

Digitized by Google

genium, & omne, qvod dicunt, ſcibile complectatur.

W. Marcuit tamen, qvod ipſe vides, flos ætatis noſtræ, & conſumtum eſt vernantis ævi tempus in immenſa tot lingvarum vocabulorum farragine addiſcenda, qvæ mentem tamen rerum cognitione vacuam relinqvunt.

N. Iſtoc, qvod dixiſti, nihil poteſt dici verius: aſt lectio talium librorum, ex qvibus cognitio rerum haurienda, ſæpe etiam eſt parum utilis; triſtis ſaltem me experientia docuit, memoriam me habere rimarum plenam, unde omnia diffluunt, certumqve eſt, me multa in multis libros legiſſe

egre-

Digitized by Google

egregie & vere dicta, qvæ tamen omnia usqve adeo memoria exciderunt, ut nihil fere meminerim præter unum illud: me qvondam eos libros legiſſe.

W. Bene proinde ſtudiis tuis conſuleres, ſi ex omni librorum genere potiora excerperes in adverſaria congerenda, hac enim ratione qvicqvid habent ſcriptores boni proprium tibi facies & in uſus perpetuos repones.

N. Verum dum Tu unum excerpis, ego qvatuor pervolvi libros —

W. Et pervolutos oblivioni dediſti. — Summorum præterea Virorum ſemper hic mos fuit. Audi Senecam de iſtis ita præ-

 cipien-

cipientem: "nos qvoqve apes
"debemus imitari, &, qvæcun-
"qve ex diverſa lectione con-
"geſſimus, ſeparare, melius enim
"diſtincta ſervantur; deinde ad-
"hibita ingenii noſtri cura &
"facultate in unum ſaporem
"varia illa libamenta confunde-
"re, ut etiam, ſi apparuerit unde
"ſumtum ſit, aliud tamen eſſe,
"qvam unde ſumtum eſt, ap-
"pareat."

N. Hac vero ratione in adverſariis & codicillis omnis eruditio ſepulta jacebit, & qvidem miſere circumciſa & diſtracta. Præſtat ergo, ni fallor, res notabiles autoribus ſuis integras & plenas reſervari, & ſuis locis relin-

Digitized by Google

relinqvi, unde, cum res ferat, in uſus promi & converti poſſint.

W. Qvid vero, ſi, cum uſus venerit, autores tui e memoria lapſi fuerint, &, qvo te vertas, non habueris?

N. Id autem ne fiat, rei litterariæ hiſtoriam nocturna verſo manu, verſoqve diurna, ut ſciam ſcilicet, qvo qvidqve loco qværendum ſit.

W. Hoc eſt ephemerides doctas ſedulus pervolvis? —

N. Pervolvo. Ideoqve pernoſcito diaria tantum non omnia, qvæ ad avidos rei literariæ, datis ſymbolis, circumlata ſunt et hodienum circumferuntur, Schle-

 gelia-

geliana, Proſtiana & Todiana.

W. Verum dic ſodes; qvid juvat librorum, qvorum copia non datur, qvaliscunqve cognitio?

N. Si ultra glacialem Pontum & hyemis Grönlandiæ nives qvis eſſet relegatus, parum huic ab omni literarum commercio ſemoto, profutura eſſet rei litterariæ cognitio; ſed homines loqvor Hafniæ in ipſa Muſarum ſede degentes, & omni librorum copia affluentes, qvos abunde ſuppeditant Bibliothecæ publicæ & privatæ, & Virorum in ſcientiis principum officioſa humanitas.

W. Cum Bibliothecarum copiam laudes, meminiſſe tamen velim

in

Digitized by Google

in Bibliotheca, qvæ Univerſitatis Havnienſis audit, nihil fere, qvod recentioris literaturæ eſſet, inveniri, illamqve adeo eſſe "preſqve ſans utilité pour le pub-"lic," ut dixit Pſeudo-Anglus ille in libello *Eſſai ſur l'etat des Sciences dans le Danemarc.* 1771. 8. Neqve de Bibliotheca Thottiana minus vere perſonatus idem pronuntiavit: "Ce treſor eſt "enſéveli ſans utilité, faute de "Bibliothecaire & de Catalogue. "Mr. *de Thott* eſt rempli de "politeſſe: mais ſes grandes "charges l'empêchent de ren-"dre ſa Bibliothéqve auſſi utile "aux ſavans, qv'il le ſouhaite-"roit lui-même; & les ſavans

Digitized by Google

"aiment mieux ſe priver de ce "tréſor, plutôt qve d'importu- "ner ſon poſſeſſeur.':

N. In nonnullis fortaſſis non multum a vero abludit Pſeudonymus ille, qvem dixiſti. Sed de regia Bibliotheca noſtris diebus deſiit iſtius Angli qverela *a*); ſua enim autoritate & in literas ſtudio id effecerunt Duumviri, Comes de Moltke & Conſiliarius Conferentiæ Erichſen,

a) Qvæ ſic ſonat: "Par un principe d'éparg- "ner on néglige de fournir a la de- "penſe d'un Sous-bibliothecaire, de "Clercs & d'autres officiers néceſſai- "res pour l'ordre & l'utilité d'une "grande Bibliothéqve. On a même "négligé depuis pluſieurs années d'y "ajouter les livres nouveaux."

Digitized by Google

ſen, regiarum Muſarum Neocori, ut non amplius inexorabiles ſacrarii iſtius fores neqvicqvam pulſent literarum cultores, ſed Regis munificentia inſigniter auctum, ampliatum & ornatum ad publicos uſus tantum non omnibus pateat. — Et ſi vel maxime a ſedibus ſuis nos arcerent qvamplurimæ aliæ Bibliothecæ Hafnienſes, omnium tamen inſtar eſſet inſtructiſſima & ſelectiſſima *Suhmiana* ſuppellex libraria, qvam publice proſtare juſſit Viri optimi & literatiſſimi pia liberalitas & vere civicus amor, ut per patentes ædes & invitantia limina iſtos omnigenæ eruditionis theſauros adeant, iisqve ad ſatietatem usqve

qve fruantur literarum cultores & ſtudiis operata juventus.

W. Impius eſſet, qvi non agnoſceret ſummi iſtius Mæcenatis in literas merita, qvorum neſcio primo loco ponam illud, qvod laudaſti, in patriam totam & eruditorum rempublicam beneficium, qvo nihil ad publicam utilitatem majus, nihil ad privatam Viri gloriam uberius cogitari potuit. Et hic certe, ut nuſpiam magis, convenire videtur, qvod ſcripſit *Nicolai*, autor locupletiſſimus, de Bibliotheca Göttingenſi *b*): "Wenn "ohne Vorliebe alle Fächer mit "alten und neuen Büchern von " aller

b) Beſchreibung ſeiner Reiſe. 4 B. S. 825.

Digitized by Google

"aller Art zu beſezen beſtan-
"dig fortgeſahren wird; wenn
"Bibliothekare den Gelehrten
"die Bücher, die ſie brauchen,
"mit zuvorkommender Dienſt-
"fertigkeit auf der Bibliothek
"und nach Hauſe mittheilen;
"alsdenn wird eine Bibliothek
"für die Gelehrſamkeit erſt recht
"nüzlich; und daher iſt die
"Göttingſche zugleich die vor-
"züglichſte und nüzlichſte in
"Deutſchland."

N. Numeroſus certe ſcriptorum concinnari poſſet catalogus, qvæ Suhmianæ Bibliothecæ ortum debeant, qvalem nuper dedit Cel. *Denis* ex Bibliotheca Garelliana. — Et orietur olim, qvi

Suhmia-

Suhmianæ Bibliothecæ *facta* & *res geſtas* narrabit; ut ſcite loqvitur *Lesſingius* c): "Bey der "Geſchichte einer Bibliothek "kömmt es darauf an, wozu "es denn nun auch der Gelehr"ſamkeit und den Gelehrten "genuzt habe, daſz ſo viele Bü"cher mit ſo vielen Koſten zu "Hauſe gebracht worden. Das "allein ſind die *Thaten* der Bi"bliothek: und ohne Thaten "giebt es keine Geſchichte."

W. Agnoſco itaqve hiſtoriæ litterariæ uſum, ubicunqve ad librorum theſauros aditus patuerit.

N. Non *uſum* modo laudo, ſed etiam neceſſitatem — qvibuscunqve

c) Beyträge. 1ſter Th. Vorrede S. 4.

Digitized by Google

cunqve non ea aranearum contigit ſolertia, ut ex proprio ventre, ut loqvitur Poeta, ſtamen continuo remittere poſſint, & proprio ingenio chartas implere.

W. Si vero rei literariæ tantum temporis & operæ impendendum ſit, metuo, ne lingvarum ſtudium, qvod nuper adeo commendabas, neglectum jaceat.

N. Omnino. Vide autem, qvam egregie tempori & laboribus noſtris ſuppetias ferat divina illa Germanorum lingva, cujus laudes nuper prædicavit famoſiſſimus *Reiſerus d)*: verba ejus nativo

d) Ildebrandshiſtorien. Fortal. p. ix, edit. 1.

nativo idiomate apponere fas eſt, cum eorum vim & elegantiam culpa deterere ingenii religioni habeo; ita nempe loqvitur: "I det tydſke Sprog ere "en ſtor Mængde Skrifter af "det latinſke og andre Sprog "af lærde og flittige Mænd os "alle til ſtörſte Nytte overſatte "og tranſlaterede. ——— ſaa "at for Exempel et ungt Men- "neſke, ſom hans Forældre "maaſkee havde vernegligeret "at have ladt ham lære de lærde "Sprog, kunde endnu vel; tör "jeg ſige, blive til en temme- "lig lærd Mand i ſine Dage— "og det blot allene af tydſke "Böger."

W.

Digitized by Google

W. Delirantem qvandoqve dicere vera qvid vetat? Conveniunt cum *Reiſeri* iſtis, qvæ leguntur in Mercurio Germanico W*ielandiano* Aug. h. a. "Deutſch-"land beſizt alle bisher gefun-"denen und bearbeiteten Schä-"ze des menſchlichen Wiſſens"— — Keine Nation hat ihren "eigenen wiſſenſchaftlichen Reich-"thum durch ausländiſche Pro-"ducte ſo ſehr zu vermehren "gewuzt wie die unſrige. Die "vortreflichſte Geiſteswerke der "Franzoſen, Engländer und "Italiener haben entweder mit "unſrer Sprache unſer Vaterland "angenommen, oder ſind durch "unſre ſprachkundigen Gelehr-

"ten

Digitized by Google

"ten unmittelbar in die Maſſe
"unſers Wiſſens übergangen."

N. Cumqve ea ſit lingvæ illius præſtantia, haud inepte dixiſſe videtur, neſcio qvis: haud male actum fuiſſe cum rebus noſtris, ſi Danorum ex Dania lingvam penitus exterminaſſent, qvam tamen multis modis depravarunt, qvi olim in hæc regna migrabant Reges cum aulicis ex Teutonica proſapia oriundi; literisqve inprimis apud nos bene fuiſſe conſultum, ſi Noſtrates Germanorum lingvam una adoptaſſent, cum Germanorum mores & fidem induerent.

W. Qvod licet factum non ſit, tamen ſi qvis in præſenti rerum

ſtatu

Digitized by Google

ſtatu conſideraverit luxuriantem librorum Germanicorum ſegetem, qvotannis in vernaculam verſam, immenſam farraginem librorum Germanicorum, qvi avide a nobis devorantur, & ſtudioſorum cohortem, qvi in Germaniam, ut ſapientiam veneantur, docta itinera inſtituunt, facile eo delabi poſſet, ut literaturam Danicam totam qvantam S. R. Imperio acceptam deberi opinetur. — — — — Verum e diverticulo in viam; & repetamus altius ſermonis noſtri originem: hic nempe, ſi recte memini, inſtituebatur de *Analectis Leſſingianis*, qvæ continebant fa-

 moſiſſima

Digitized by Google

moſſima illis temporibus *Fragmenta*, in qvibus Analectis te, neſcio qvid, de Bibliis Pauperum indagaſſe indicabas.

N. Recte meminiſti; hinc illæ lacrymæ: iſta ſcilicet me latebant, cum ſuperiori anno Diſſertatiunculam de *Bibliis Pauperum* divulgarem. Jam antea enim nodum iſtum data opera ſolvere aggreſſus erat laudatus autor; unde factum eſt, ut Jliada poſt Homerum ſcripſiſſe videar, & metus ſuboreus ſit, ne vel diſſimulati plagii vel turpis ignorantiæ reum agerent lectores.

W. Solve metum amice, non enim hominis eſt omnia ſcire, cum ne-qvi-

Digitized by Google

neqvidem fieri poſſit, ut nulla nos fugiant eorum ipſorum, qvæ cum ſtudiis, qvæ in oculis & ſinu habemus, propiori cognatione cohæreant. Ut tamen hallucinationi iſti tuæ aliqvod ſolatium afferatur, meminiſſe velim viros in iſto ſtudiorum genere verſatiſſimos interdum eſſe lapſos & aliqvid humani paſſos, LORCKIUM puto noſtrum, cui ſcilicet — viro iſti in Bibliis colligendis & cognoſcendis, omnium facile principi — anno 1777 non innotuerat Bibliorum Wernigerodenſium anno 1766 divulgatus Catalogus; ut ipſe ingenue fatetur *Bibelgeſchichte 2ter*

 Th.

Digitized by Google

Th. S. 577. —— Et ſi dicendum ſit, qvod ſentiam, parum mihi referre videtur, ſive Ansgario, ſive, alii cuiqve dictum librum, *Biblia Pauperum*, vindicaveris.

N. Cave levia hæc putes; hæ nugæ ſeria nonnunqvam ducunt in mala. Finge *Uldalium* noſtrum, *Ancherſenium*, *Wandalium*, qvi omnia, qvæcunqve ad Danicam pertineant Literaturam, undiqve qvovis pretio ſollicite conqvirunt, finge inqvam horum unum vel omnes legiſſe ſive apud *Heinekium*, ſive in Catalogo Bibliothecæ *Valierianæ*, ſive in Bibliotheca univerſali Germanica,

ca, ſive in Lexico literario Wormiano Ansgarium noſtrum Bibliorum Pauperum autorem venditari, eaqve ſibi in publica librorum Valierianorum diſtractione, qvæ hoc anno Pariſiis inſtituebatur, centum & ultra Imperialium pretio addicenda curaſſe; nonne patriam noſtram tot nummis mulctaſſet leviusculum illud in hiſtoria literaria momentum?

W. Nunc demum agnoſco te iſta tua de Ansgario disqviſitione rebus Oeconomicis noſtris eſſe velificatum. — Sed cupio ſcire, qvid novi de iſtis ferat *Lesſingius*; idemne faciat cum Celeberrimo *von Heineke*?

N. Minime gentium! In *Analectorum* Part. II. locus occurrit inſcriptus: *Ehemalige Fenſtergemælde im Kloſter Hirſchau*, qvem non ſine voluptate perlegi, non eruditionem & ſagacitatem viri magis, qvam ingenii feſtivitatem miratus. Id vero ſub dicto titulo agit, ut oſtendat *Heinekiana* Biblia *Pauperum* continere ligno inciſam delineationem figurarum, qvibus olim monaſterii Hirſaugienſis feneſtras ornaverat pictorum ejus ævi ſolertia; adeoqve opuſculum illud rectius titulo: *Pictura feneſtrarum Hirſaugienſium*, eſſe inſigniendum.

W.

W. Per ſe qvidem patet incertam de autore Ansgario famam teſtimonio *Örnbielmii* in Hiſtor. Eccleſ., qvo tamen nititur *Heinekius*, neqvaqvam firmari, neqve Ansgarium ea, qvæ ad pios uſus & οἰκοδομὴν congeſſerat, Picturas inſcripſiſſe: *Pigmenta* porro non picturas, ſed cruſtula (Sukkerbröd) præciſe ſignificare, ut ei Pſalmi hac de cauſa dulceſcerent, ut loqvitur *Rembertus* in Vita Ansgarii.

N. Fatetur tamen ad ultimum *Lesſingius* fieri poſſe, ut Emblemata illa, qvæ in Bibliis Pauperum conſpiciuntur, Ansgario tanqvam autori debeantur,

qvoad nimirum, qvod conjectant Cell. *von Seelen* & *von Heineke*, Ansgarii ſvaſu & auſpiciis in eccleſiarum Hamburgenſium aut Bremenſium una & altera primum fuerint exſculpta; & hanc hypotheſin magis adhuc corrobarare annititur *von Heineke* in Bibliothek der ſchön. Wiſſenſchaft. 18 B., ubi ſententiam contra monita Leſſingiana tuetur. Concedit qvidem ſe vocem Pigmenta male eſſe interpretatum; ceterum picturas Hirſaugienſes archetypon eſſe vetuſtiſſimi iſtius decantati operis fortiter repugnat, & Ansgario Biblia illa Pauperum vindicare cona

Digitized by Google

conatur, eccleſiæ cathedralis Bremenſis ſculptas imagines pictis iſtis monaſterii Hirſaugienſis feneſtrarum rhombis longe præferens.

Explicit Dialogus in Octob. 1784.

Hujus, de qvo ego & *W.* ſermocinabamur, libri exemplar Mſtum membranaceum, aſt valde mutilum, olim poſſidebat Profeſſor Othinienſis *Thomas* Brod. B*irche-rodius.* Jlle opus hoc, apto ſatis nomine, appellat B*iblia Typico-harmonica*, modumqve, qvo illud aeqviſivit, ſic exponit *a*): " Narra-

 " batur

a) Diſſertat. epiſtol. de cauſis deperditarum apud Danos antiqvitatum, inſerta *Däniſche Bibliothec* IV. St. p. 366. it. *Weſtphal*, Monument. Tom. III. p. 685.

"batur mihi nuper, qvendam ru-
"ri habitantem virum cœnaculum
"habere eleganter ſiguratis mem-
"branis picturatum; miſi eo &
"obtinui easdem numero undecim
"bene magnas & in forma, qvam
"ſolii integri vocant. Utrinqve
"autem hæc folia figuris & hiſto-
"riis biblicis omnium colorum ele-
"gantiſſimis ornata ſunt, in qva-
"libet pagina typos ex veteri te-
"ſtamento rerum ſingularum cum
"antitypis ex novo, cum dictis
"vaticiniisqve eo pertinentibus, re-
"ferentia, hoc qvidem ordine: ut
"ſuperius duo veteris fœderis Pro-
"phetæ qvaſi colloqventes inviceem,
"& vaticinia ſua alter alteri mon-
"ſtrantes, & inferius itidem duo
"egregie

Digitized by Google

" egregie depicti cernantur. Ad
" latera horum hiſtoriæ binæ vete-
" teris teſtamenti nitide & accura-
" te lingva antiqva Saxonico-dani-
" ca deſcriptæ cum pictura earun-
" dem vivis & jucundis coloribus
" expreſſa cernuntur, & in media
" pagina hiſtoria qvædam novi te-
" ſtamenti ceu reliqvorum antity-
" pus haud levi artificio delineata
" cernitur. — — — Totus codex,
" qvantum ex his undecim colligo
" foliis, ingenti ornatus eſt ſumtu,
" ut ſi adhuc integer fuiſſet, etiam
" Principis alicujus ornare potuiſſet
" Biblothecam. &c."

Poſtrema hæc verba inprimis repetenda duxi, qvoniam objectionem contra operis titulum, *Biblia*

Pauperum

Pauperum, ab HEINEKIO adoptatum continere mihi videntur; ſtatuit enim *von Heineke b*): "Le " nom de *la Bible des Pauvres* " lui convient le mieux: ces images " étant faites pour donner une " connoiſance de la Bible á ceux, " qvi n'etoient pas en etat de payer " un Mſt de l'Ecriture Sainte." Sed certe permultæ iſtæ, qvibus tales referti erant codices, picturæ, licet rudi interdum confectæ Minerva, magnos tamen reqvirebant ſumtus, & talia figuris ornata Mſta ſine dubio tam care vendebantur, ut pauperum opes ad ea ſibi comparanda

b) Idée d'une Collection d'Eſtampes p. 292.

Digitized by Google

paranda non ſuffeciſſe mihi videantur *c*).

Qværat forte curioſus Lector: ubinam loci jam ſunt undecim illa ſplendida folia membranacea a *Bircherodio* indagata? eqvidem neſcio; cum enim, ut ipſius *Bircherodii*, qvæ locum transſcriptum proxime antecedunt, utar verbis: "nunc puſioni ſcholaſtico ut " chartis elementariis ſuis, nunc " bibliopegis ut libris ſuis indu" menta conficerent inde, nunc " aniculis

c) Contra aſſertionem Heinekianam alia monet *Lesſingius* loco laudato, qvæ huc ſpectant: qvod vulgus iſtis temporibus a lectione liborum ſacrorum arcerentur, nemini ergo in mentem venire potuiſſe, ipſius hāc in re providere uſui & utilitati.

Digitized by Google

" aniculis ad colorum capita in la-
" nificiis ſtringenda, nunc netrici-
" bus ad filamenta ſua ſtabilien-
" da, nunc pharmacopolis ad piperis
" condimenta, talia proſtarent," neſcio, an qvodam tali modo abierint, exceſſerint, & emortua penitus deſierint eſſe: hoc tantum ſcio, in Regia Bibliotheca, ubi varia inedita ſcripta & collectanea *Bircherodiorum* tam *Thomæ Broderi*, qvam filii *Jacobi* aſſervantur, illa folia non reperiri, & in Bircherodiano iſto theſauro, qvi Bibliothecam ornat Univerſitatis, fruſtra etiam qværi.

De Bibliis Pauperum Ansgarianis
Tantum.

Digitized by Google

Notitiam dare conſtitui eorum librorum, qvos Ordinatio ſcholaſtica *Chriſtiani II.* circa annum 1521 conſcripta, & *Chriſtierni Petri* Canonici Lundenſis liber de puerorum inſtitutione, (dan: *Om Börn at holde til Skole og Studium*) anno 1531 publicatus, nominatim indicant medio ævo in Patriæ noſtræ ſcholis viguiſſe. Inſerta eſt hæc Chriſtiani II ordinatio in opere Langebekiano: *Danſke Magazin* Tom. VI p. 364. Excerpta ex libello Chriſtierni Petri reperiuntur etiam l. cit. Tom. I pag. 45 ſeqv.; libri vero ipſius, rariſſimis annumerandi, ex Bibliotheca Harboiana, brevi poſt publica auctionis lege diſtrahenda, mihi mutuo eſt accomodatum exemplar, plagula prima qvidem mutilum *a*), cœterum bene

A con-

a) Exemplar Bibliothecæ Hielmſtiernianæ eſt etiam mutilum.

conſervatum & auro contra carius habendum.

Ex collatione duorum horum fontium ſeqvens enaſcitur Catalogus librorum, ante reformationem publ. ſcholaſticæ Danicæ prælectorum: *Alexander*, *Græciſta*, *Labyrinthus*, *Johannes de Garlandia*, *Synonima Britonis*, *Compoſita Verborum*, *Donatus*, *Petrus Laale*, *Æqvivocationes Matthæi*, Facetus, Puerilia. — Inter hos, qvos, ſi Petrum Laale exceperis, non ſolum in terris hiſce ſeptentrionalibus, ſed in reliqvis etiam Europæ regionibus, cathedras & ſubſellia ſcholarum occupaſſe conſtat, agmen ducit

ALEXANDER.

Alexander vulgo dictus Alexander de villa Dei, it. Villadeus & græce Theopagites, floruit circa initia Seculi XIII. Natus erat Dolæ in Provincia Galliæ Armorica, unde cognomen Doleſius, vel Gallus, vel Normannus ipſi inditum. Doctor evaſit Sorbonicus

Digitized by Google

nicus & ordini fratrum Minorum adſcriptus. Scripta ejus varia apud Scriptores hiſtoriæ literariæ Trithemium, Fabricium, Hambergerum, Saxium, Leyſerum &c. enumerantur, qvorum præcipuum eſt

DOCTRINALE

Iſtud, qvod innuunt Chriſtianus II & Chriſtiernus Petri, conqveſti Alexandrum in ſcholis Daniæ prælegi. Eſt vero Doctrinale hoc Grammatica Latina verſibus hexametris comprehenſa, ita, ut aliqvis Commentatorum vult, appellata, qvia *dat doctrinam*, ſecundum verſum: *Eſt a doctrina tibi Doctrinale vocatum, nam ſua doctrina reddit qvemcunqve beatum.*

Putat *Bulæus* in Hiſt. Univerſitatis Pariſ. p. 516. 17, regulas Grammaticales metro conſcriptas in ſcholis non invaluiſſe ante Alexandri tempora, addens: "Conſentiunt " in hoc omnes compendioſius & melius tradi " regulas pueris ediſcendas metrice qvam

 pro-

Digitized by Google

" proſaice; facilius enim verſus ediſcimus
" qvam proſam, penitiusqve memoriæ in-
" ſident. Qvare, cum de memoria diſputat
" Qvintilianus, vult poetica prius illi committi
" ti qvam oratoria; qvoniam ea faciliora
" ſunt."

Ex Proëmio Doctrinalis ſeqventes ſubjungo verſus:

Scribere clericulis *a*) paro Doctrinale novellis,
Pluraqve doctorum ſociabo ſcripta meorum;
Jamqve legent pueri pro nugis Maximiani *b*)
Qvæ veteres ſociis nolebant pandere caris.
Præſens huic operi ſit gratia pneumatis almi;
Me juvet & faciat complere qvod utile fiat!
Si pueri primo neqveant attendere plene
Hic tamen attendat, qvi doctoris vice fungens
Atqve legens pueris laica lingva reſerabit;

Et

a) Diminutivum vocis *Clericus*.

b) De *Maximiano* vid. *Fabricii* Bibl. med. & inf. Latin. ed. Manſianæ Tom. V. p. 59. coll. *Denis* Merkwürdigk. d. Gar. Bibl. S. 190

Digitized by Google

Et pueris etiam pars maxima plane patebit.

— — — — — —

Poſt Alphabetum minus *c*) hæc Doctrina legetur;
Inde legent majus *d*), mea qvi documenta ſeqvuntur.
Iſte fere totus liber eſt extractus ab illo.

Seqvitur opus ipſum in qvatuor partes & capita duodecim diſtributum; pars prima complectitur ſeptem capita priora, ſecunda duo, tertia unum, & qvarta duo. — Complectitur capitulum primum declinationes nominum regularium & pronominum. Speciminis cauſa apponam paradigma primæ declinationis in numero ſingulari:

Rectis *as es a* dat declinatio prima,
Atqve per *am* propria qvædam ponuntur Hebræa.
Dans *æ* diphthongon Genetivis atqve Dativis.
Am ſervat qvartus, tamen *an* aut *en* reperimus,

A 3 Cum

c) ɔ: Priſcianus minor vel Scripta Donati.
d) ɔ: Priſcianus major.

Cum Rectus ſit in *as* vel in *es* vel cum dat *a* græcus
Rectus in *a* græci facit *an* qvarto breviari.
Qvintus in *a* dabitur, poſt *es* tamen *e* reperitur.
A. Sextus, tamen *es* qvandoqve per e dare debes.
Am Recti repetes qvinto ſextum ſociando.

Exempla nominum propriorum Hebraicorum primæ declinationis commentatores attulere voces Abraham, Adam, qvas ſecundum hanc regulam Alexandri ſic flectunt: Nominat. Adam, Genit. & Dat. Adæ, in cœteris caſibus Adam.

Capitulum IIdum agit de nominibus Heteroclitis & incipit:

Hæc tibi ſignabis, qvæ declinans variabis.

Cap. IIItium De tribus gradibus comparationis.

Cap. IVtum De genere nominum.

Cap. Vtum De formatione præteritorum & ſupinorum regularium.

Cap.

Digitized by Google

Cap. VItum De verbis defectivis & anomalis, vel *anormatis*, ut Alexander amat loqvi.

Cap. VIImum De formatione verborum inchoativorum, freqventativorum & meditativorum.

Cap. VIIIvum Continet Syntaxin, ſive, ut autor habet, regimen vocum.

Cap. IXnum De conſtructione, ſive ordine declarationis Grammaticæ. v. c.

Conſtrue ſic: caſum, ſi ſit, præpone vocantem;
Mox rectum ponis; hinc perſonale locabis
Verbum, qvod primo ſtatues, ſi cætera deſint;
Tertius hinc caſus & qvartus ſæpe ſeqvuntur;
Aut verbo ſubdes adverbia; ſubde ſecundum
Caſum rectori; debet vox præpoſitiva
Qvarto præjungi vel ſexto, qvem regit ipſa.

Cap. X De qvantitate.

Cap. XI De accentibus; — eſt vero accentus, ſecundum commentatorem, certa lex vel regula ad elevandam vel deprimendam

 ſyllabam

ſyllabam uniuſcujusqve particulæ orationis, v. c.

Non declinata ſuper extremas acuuntur,
Sic aliás acuis.
Omnis barbara vox non declinata latine
Accentum ſuper extremam ſervabit acutum:

Capitulum deniqve XII tractat de figuris grammaticis. Librum claudunt verſus ſeqventes:

Doctrinale Dei virtute juvante peregi.
Grates reddo tibi genitor Deus & tibi Chriſte
Nate Dei Deus, atqve tibi Deus ſpiritus alme,
Qvas tres perſonas in idem credo Deitatis.

Sicqve titulos capitulorum hujus Doctrinalis obiter notavi; licet vero totum ſpiſſum opus obſcurum, barbarum, jejunum & perplexum, Pars tamen IIda ſcil. Synthetica præſertim hoc nomine famoſa, a Camerario ſcopuli & ingeniorum carnificina merito vocata, & de qva juravit Bebelius nec temere

re

Digitized by Google

re, ſe faciliùs multo Virgilium ſine commentariis intelligere potuiſſe, 'qvam Alexandri partem IIdam :, utpote in qva tam obſcurus ſit, ut merito dubitari poſſit, ipſe ne autor omnia intellexerit. Ut Lector ipſe ferat judicium, initium hujus ſecundæ partis ſive Capitis 8vi, qvam accuratiſſime potero, exſcribam ex Doctrinalis editione Lipſienſi anni 1508, cujus inſcriptiones exhibet J. F. Noltenii Lexici Antibarbari Tom. Poſt. pag. 59 *e*).

Hic jubet ordo libri vocum regimen reſerari.
Vult intranſitio rectum ſupponere verbo
De perſonali tamen hoc intelligi dici.
Sæpe vocans verbum ſibi vult apponere rectum

e) Loco hoc citato apud *Nolteuium* in Titulo *primæ partis Doctrinalis* tranſſcripto irrepſit vitium: *declinationum ſex ac conjugationum*, qvaſi ſex Alexander ſtatuiſſet declinationes. Legendum eſt: *declinationum ſcilicet ac conjugationum.* Huic errori occaſionem præbuit vox abbreviata *ſc.*

Digitized by Google

Et ſubſtantivum, vel qvod vim ſervat eorum.
Horum conſimiles debet conjungere caſus
Copula, perſonam dum pertineant ad eandem.
Ex vi perſonæ rectum regit initialem
Rectum qvi ſeqvitur, verbi natura gubernat
Apponens duplices ſubſtantivos ſibi junges
In caſu ſimili poteritqve genus variari
Tunc illos ad rem ſpectare decebit eandem
Et plus commune procedere debet in iſtis
Sicut homo, ſortes, animal, capra conſimilesqve.

Nemo vero eam foveat opinionem magna & multa Doctrinalis commentaria, obſcura illuſtrando, falſa reſcindendo, intricata explanando juventuti profuiſſe. Dubioſis e contrario argumentationibus & qvæſtionibus juvenes ingenioſiſſimos excruciabant Gloſſæ in Alexandrum, qvæ, præſtantiſſimæ, notabiles & aureæ dictæ, crebro prodibant, Qvapropter plus illis iraſcendum cenſuit Henricus Bebelius *f*), qvi tam grandia Commentaria in

f) *J. Burchard* de Fatis Lingvæ Latinæ in Germania. Pars Poſt. p. 412.

in Alexandrum excudere conſveverant; qvandoqvidem nihil diſcentium ſtudio ac utilitati tam peſtiferum viſum illi eſt, qvam grandia & ſuperflua grammatiſtarum commentaria, fatuæqve & ſuperſtitioſæ qvæſtiones, anxiæqve argumentationes, qvales non in grammatica, ſed in Dialectica, tradi ejus judicio debuerant.

Ineptias cujusdam horum Commentatorum 2dæ partis Doctrinalis Alexandri nuper nobis exhibuit *Avg. Frid.* *Pfeifferus*, narrans Gloſſatorem ſuper primum verſum: *Hic jubet ordo libri vocum regimen reſerari* dubia proponere 24, hæc prolixe ſolvere; novas qvæſtiones excogitare; copioſiſſime agere de ſubjecto hujus ſecundæ partis, definire ſubjectum, ſyllogiſtica forma per majores & minores probare definitionem ſuam eſſe exactam, ſubjectum rurſus dividere in formale & materiale &c. &c. v. Beyträge zur Kenntniſz alter Bücher und Handſchriften. Hof. 1784. 2tes St. S. 236 *g*).

g) Vero mihi videtur ſimile hocce a *Pfeiffero* l. c. ita delineatum *Commentum aureum ſuper ſecundam*

Alexandri ineptum illud & mendoſum Doctri-

ſecundam partem *Alexandri* non eſſe niſi Gloſſam iſtam notabilem Coloniæ natam, qvam *Burchard* lib. cit. part. prior. p. 284 citat, & cujus, editionis Coloniæ 1491 per Ulricum de Hannaw impreſſæ, fragmenta qvædam putria, lacera & vermibus exeſa ad manum habeo; in qvibus Proœmium tam accurate congruit cum deſcriptione, Pfeifferi, ut non ovum ovo ſimilius; ſubſcriptionem primæ partis editio hæc habet ſeqventem: *Expoſitio exemplorum textus prime partis Alexandri eqvivocorum & ſynonomorum cum differentialibus verſibus valde pulchris, que collecta ſunt breviter & plane ſumma cum diligentia ex Græciſmo Johanne de Garlandia Henrico de Colonia Catholicon Brachilogo & aliis qvam pluribus cum omnium metrorum ſententiis & melioribus notabilibus ſecundum dicta Priſciani & Joannis Synthis, qve omnes intricationes & dubitantium errores & diſcordias juvenibus occurrere potentes tollunt & reſecant, annexisqve qvam pluribus argumentis ac additionibus perbellis maiorem textus declarationem inducentibus, ut bujus libri ſeries a principio usqve ad finem intuentibus*

Digitized by Google

Doctrinale *h*) verboſis iſtis qvæſtionibus, argumentis, replicis, dubiis, ſolutionibus, verſibus ex Græcismo, Johanne de Garlandri, Henrico de Colonia, Catholico, Brachilogo & aliis iſta ætate freqventatis hujus farinæ ſcriptoribus Grammaticis ſemibarbaris collectis ornatum inde ab initio Seculi XIII per 300 circiter annos viguit in omnibus ſingularum Europæ regionum ſcholis & Academiis. Seculo demum XV ad finem vergente, poſtqvam, occupata a Turcis Conſtantinopoli,

tibus demonſtrabit Explicit feliciter. — Impreſſum in felici Colonia circa Lyſkyrchen per Ulricum de Hannaw. Anno 1491. *tercio nonas novembras.*

h) Excuſat tamen Alexandrum *Deſpauterius* in epiſtola dat. 1513 præfixa Syntaxi ſuæ ed. Pariſiis 1529. 8. "Ego de Alexandro idem „ ſentio, qvod de Actio & Pacuvio Qvin„ tilianus: illum videlicet rudem fuiſſe non „ ſua culpa, ſed temporum, qvibus res lite„ raria pæne interierat." Et *Mich. Coccinius* apud *Burchardum* l. c. p. poſt. p. 420 cenſet Alexandrum ſatis bene *pro tempore* ſcripſiſſe.

ſtantinopoli, Græciæ exſules elegantiores literas bonasqve artes ſecum in Italiam attulerant, lingvaqve latina inſtaurari cœpta erat, Alexandri Doctrinale doctiſſimo cuiqve viſum eſt puerorum lectione indignum, utpote nimis tenebroſum, citra utilitatem prælongum, plerumqve etiam barbarum, inſufficiens & falſum. Ideoqve, ut Alexander undiqve exularet, cœperunt pleriqve Grammaticam latiniorem verioremqve ſcribere. Sic qvidem Doctrinale e ſcholis exterminatum, manibusqve juniorum extruſum. In Italia qvidem Laurentii Vallæ, Sulpitii Verulani, Nicolai Perotti, Aldi Manutii, Antonii Mancinelli & reliqvorum litterarum humaniorum antiſtitum opera in Alexandri grammatica explodenda collocata haud erat irrita. In Germania Ludimoderatores *Ludovicus Dringebergius* & *Alexander Hegius*, ambo Weſtphali, etiam circa finem Sec: XV diſciplinæ ſuæ alumnos in Grammaticæ rudimentis bene inſtituebant ſine gloſſarum & commentariorum in Alexandri partes inculcatione, ſola

ea

Digitized by Google

ea tradentes, qvæ diſcentibus utilia eſſe poterant atqve neceſſaria. Ex horum ſcholis complures progreſſi ſunt viri, qvi humanitatis ſtudia in Germania & Belgio reſtituere indefeſſo conabantur ſtudio, v. c.; *Deſiderius Eraſmus*, *Hermannus Buſchius*, *Johannes Murmellius*, *Jacobus Wimphelingius*, *Henricus Bebelius*. Qvorum inſigni in Alexandri Doctrinale oppugnando conſtantia id demum effectum eſt, ut circa annum 1506, cum cultiores grammatici libri paſſim in germania ederentur, Alexandri grammaticam evaneſcere demum cœpiſſe in Annalibus Sveyicis P. III, Lib. IX Cap. 14 p. 527 adnotaverit *Martinus Cruſius*, addens: "paulatim enim per viros " doctos expurgari ſordes, & nitidiora fieri " literarum ſtudia cœpta ſunt *i*)." In Gallia etiam, & in Studio Pariſienſi, maximo in pretio erat Alexandri Doctrinale, donec tandem

i) Qvam difficulter Alexander ex Germaniæ ſcholis exterminari potuerit, & reliqva, ad hoc negotium pertinentia, copioſe & erudite tractat *Jacobus Burchardus* in Commentariis de lingvæ latinæ in Germania fatis.

tandem opus de rudimentis Grammatices emendatius ederet *Johannes Deſpauterius*, qvem, Alexandri loco, Patres in Synodo Mechlinienſi auno 1514 pueris prælegi præceperunt, teſte *Bulæo* l. cit. p. 518. Porro ut Alexander undiqve exularet, latiniorem & politiorem Grammaticam edere cœperunt in Anglia *Thomas Linacer*, in Luſitania *Emanuel Alvarus*. in Hiſpania *Franciſcus Sanctius*, & *Antoninus Nebriſſenſis*.

Daniam noſtram qvod attinet, manſvetiores Muſas ex Italia in Germaniam provectas, vinculis barbariei ubiqve fractis, huc qvoqve tandem penetrare videmus, qvarum adventu Alexandri Doctrinale his in terris prorſus neglectum & abjectum. Conatus qvorundam ad Alexandrum e Dania eliminandum ſpectantes, ordine annorum ſervato, exponendos puto.

Anno 1515 *Jodocus Badius Aſcenſius*, Chalcographus Pariſienſis, in epiſtola nuncupatoria, Parabolis Petri Legiſtæ Pariſiis impreſſis præfixa, noſtrum *Chriſtiernum Petri* his alloqvitur: "miſeret me optimorum patriæ

tuæ

" tum ingeniorum ſic *Doctrinali Alexandrino*
" addictorum, ut ne ungvem qvidem latum
" illo diſcedere audeant; qvæ ſi pro illo bonos
" & latinos legant autores, multos videres
" Saxonis Grammatici ſimiles. Sed habent
" ſecula regionesqve ſua paulatim incrementa,
" & ornamenta; qva de re ſperandum eſt
" etiam veſtrates propediem cultiores literas
" miraturos."

Anno 1517 *Johannes Meyger* Bibliopola Colonienſis ſuis impenſis Coloniæ imprimi fecit *Henrici Boort* Faſciculum Morum: librum hunc dedicavit *Woltero* eximio artium profeſſori, moderatoriqve optimo juventutis Roſkildenſis, in qva Dedicatione ſeqventia faciunt ad rem præſentem: "Pro Valerio Probo *Græciſta*, pro Priſciano *Alexander Gallus*,
" proqve aliis eruditiſſimis Grammaticis inſulſiſſimi barbari loca fere univerſa occupavere. — — Qvo magis hi jam hoc ævo
" amandi, laudandi, extollendi veniunt, qvi
" neqve ſumtibus, neqve laboribus ulla in
" parte parcunt, ut tandem vera ſtudia, veræ
" literæ in priſtinum redeant nitorem. Qvo-

" rum in numero tu es, Woltere optime! " qvi non ſordibus iſtis fœtidiſſimis, verum " politiſſimis literis juventutem tuam conaris " imbuere, vel in iſta regione primus, qvod " non parum gloriæ, non parum felicitatis " apud doctos bonosqve omnes tibi apportabit, " accumulabitqve. Macte ergo virtute eſto; " eaqve via gnaviter nullis deterritus barbaro- " rum incurſationibus progreditor, Magni " enim conatus non ſine magnis perficiuntur " laboribus. Collocabitur tandem victa ſu- " perataqve invidia optime hæc gratia apud " Scotos tuos, unde ortus, apudqve Danos " qvibus tantæ rei es author & optimus & " feliciſſimus. Accipe ergo hoc præſens " amoris in te mei munus, libellum inqvam " ceu centonem ex optimis præſtantiſſimisqve " poëtarum *k*) monimentis ſelectum, ubi ſimul cum

k) Præter Juvenalem, Martialem, Horatium, Perſium, Senecam, Ovidium, Virgilium, Lucanum, Claudianum citantur etiam, qvod mireris, *Auctoritates*, ut titulus habet, Gaufredi, Maximiani, Galteri, Alani, Aviani, Pamphili, aliorumqve ſubleſtæ fidei & mediæ ætatis ſcriptorum.

Digitized by Google

„ cum eruditione optimis moribus juventutem
„ tuam optimam imbuere poſſis."

Lectori haud ingratum me feciſſe in iſtius de juventute ſcholaſtica Patriæ optime meriti alias, qvantum ſcio, ignoti Viri laudibus publicandis exiſtimo. Scriptum iſtud rariſſimum, titulo *Faſciculi Morum* inſcriptum, in manibus habeo humanitate literatiſſimi Viri J. J. Weberi, Præfecti Bibliothecæ Hielmſtiernianæ, in qva hic totqve alii rariſſimi uniciqve aſſervantur libri, ad ſtudioſæ juventutis Danicæ utilitatem collecti & editi, qvos non obiter percurrat, ſed evolvat, revolvat, penitusqve perſpectos & familiares habeat neceſſe eſt, qvicunqve hanc in ſe ſuſciperet ſpartam nobiscum communicare Notitiam *omnium* & ſingulorum librorum, qvi ante reformationem publ. ſcholaſticæ in Danica prælegebantur.

Circa annum 1521 Rex Daniæ *Chriſtianus II*, qvi, teſte Hvitfeldio, majorem ullo ſtirpis Oldenburgicæ rege progreſſum in lingva latina fecerat *l*), compoſuerat ordinationem ſchola-

l) " Johans Wunſch einen klugen Sohn zu er„ ziehen, verleitete ihn auf die Kenntniſs " der

ſcholaſticam illam, vi legis ob Regis exilium ſubſecutum non præditam, a *Langebekio* in Promtuario Danico editam. T. IV p. 364. In hac ordinatione rex ſanciebat, ut libri *Alexandri* una cum *Petro Laale*, *Æquivocationibus Matthæi*, *Sinonimis Britonis*, *Johanne de Garlandia*, *Puerilibus cum Faceto*, *Græciſta*, *Labyrintho*, traderentur ſupremo diſciplinæ publicæ magiſtro m), & igne comburerentur.

Anno 1531 ſupra laudatus *Chriſtiernus Petri* Antverpiæ imprimi curavit libellum ſuum ſub titulo: *Om Børn at holde til Skole og Studium*, celebrem: in hujus libelli fol.

f 2. qve-

„ der lateiniſchen Sprache einen zu groſſen „ Werth zu ſezen. Ihre Erlernung nahm „ den beſten Platz in ſeinem Erziehungsplan ein. Der feurige Printz hatte es mit „ den mehreſten Knaben ſeines und unſers „ Zeitalters gemein, daſz ihm das Lateinlernen misfiel.“ Hæc ex (*Wald. Frid. Comitis de Schmettam*) libro inſcripto: *Ueber Empfindeley und Kraftgenies, Modevorurtheile und Schimpfreden auch einige ernſte Gegenſtände, 2tes Hefte S.* 8.

m) Sic vocem *Skultus* ex autoritate latiniſſimi Chriſtiani Falſteri verto.

f 2: queritur ſe in pueritia ſua cum aliis Danis coactum fuiſſe legere *Alexandrum*, *Donatum*, *Petrum Laale*, *Puerilia*, *Compoſita verborum* aliosqve peſſimæ notæ libros, "af hvilke, ut ipſius autoris venerandi utar verbis, "man kan aldrig lære eller komme til ret "fundamente til at forſtaae, digte eller ſkrive "nogen ret Latine, eller forſtaae, hvad "andre gode Klerke, Poëter og Hiſtorici "have før ſkrevet og digted udi forme Tid." Fol. *f* 2 verſo: "En Dreng maatte gaae 15 eller "20 Aar i Skole før at lære ſin Doned, "*Alexandrum*, Peder Laale og andre ſaadanne "Bøger, og hudſtryges daglig derfor, og "havde alligevel paa det ſidſte ſaa godt ſom "intet lærdt.

In ordinatione eccleſiaſtica *Chriſtiani III*, anno 1537 Othiniæ publicata, fol. 33 Edit. Lat. Havnienſis anni 1537, Doctrinali Theopagitæ omnino ſepoſito, jubetur, ut pueri in ſcholis Daniæ, Norvegiæ & Ducatuum Grammaticæs præceptiones diſcant ex Grammatica *Philippi* (*Melanchthonis*). — Ut etiam ex Grammaticis

 Philippi

Philippi, non minus Daniæ qvam Germaniæ communis præceptoris, informabantur & erudiebantur liberi Regii; id qvod omprobat manibus *Friderici*, poſtea Regis ejus nominis IIdi, tritum, & in rei memoriam in Bibliotheca Regia aſſervatum, opus Grammaticum, qvod inſcribitur: *Elementa Latinæ Grammatices recognita ab autore Philip* (po.) *Me* (lanchthone) *Magdeburgæ. excudebat Chriſtianus Rodingerus* 1542. Subjuncta *Syntaxi olim à Philippo Melanchtone collecta, nunc* (a Vito Vinſemio) *locupletata, ut ſit ad uſum ſcholarum accomodatior. Lipſiæ, excudebat Jacobus Berwaldus anno* 1541. *Menſe Septemb.* 8vo.

Qvamvis ita ex mandato Regis Melanchthonis ſcholis injungeretur Grammatica, hanc tamen in *Petri Palladii*, Superintendentis Sielandiæ, grammaticæ Latinæ præfatione ad *trivialium ſcholarum in Dania, Norwegia, Islandia & Farenſibus inſulis moderatores* data Hafn. 1552, ſeqventem offendimus qverelam: " in ſcholis trivialibus non prælegi pueris " unum aliqvem certum Grammatices Auto-" rem

" rem, ſed diverſos, in qvibus legendis, " conſtruendis ac ediſcendis examinentur ac " exerceantur. Qvæ diverſitas ſeu diſcrepan" tia non tantum confuſionem ingeniorum, " ſed etiam ſcholarum & ſcholaſticæ pubis ac " juventutis diſſipationem parit" &c. Adhortatur igitur Rectores ſcholarum Palladius, ut uniformitati ſtudeant, &, ut huic diverſitatis malo occurratur, precatur, ut unum, præ aliis, autorem Grammatices, in cujus regulis pueri perpetuo ſunt examinandi, ſcholis ſuis prælegant. Hunc in uſum offert illis ſuam Grammaticam: "non ut vel colendiſſimi " noſtri præceptoris Melancthonis vel aliorum " libellos Grammatices pueris e manibus ex" cutiamus, ſed ut in hac ſeorſim, propter " uniformitatem ſervandam, pueri trivialium " ſcholarum examinentur & exerceantur."
Palladiana hæc Grammatica inſcripta eſt *Grammatica Latina in uſum Daniæ juventutis uniformitatis cauſa*, qva continentur, præter præfationem Palladii: *Alexandri prima pars*, ſive ſeptem priora capita, *cum Commentariis*

Hermanni Torrentini. Johannis Deſpauterii Syntaxis. Deſpauterii de figuris grammaticalibus Libellus. Anthonii Mancinelli Proſodia. Reviviſcit itaqve in Dania, diris & imprecationibus Regis Chriſtiani & Chriſtierni Petri minime exterminatum, *Doctrinale* Alexandri, poſtqvam jam hic fœdæ barbariei genuinus fœtus ab omnibus aliis Europæ regionibus jam dudum exploſum undiqve exſulabat. Bono tamen omine prodit non obſcuris intricatisqve conſarcinatum qvæſtionibus nec ſpinoſo oneratum commento vel potius figmento, qvod exhibet *Gloſſa iſta notabilis Coloniæ nata*, ſed contra Commentariis illuſtratum *Hermanni Torrentini*, qvi, unus ex Alexandri Hegii ſupra laudati diſcipulis, cum, ut ipſe narrat, videret, qvod factu difficile & pene impoſſibile eſſet Alexandrum e ſcholis Germaniæ ejicere, laborioſam hanc ſuſcepit provinciam, ut primæ partis mendoſa qvæqve corrigeret, opaca illuſtraret, & redundantia amputaret. Hancce Hermanni Torrentini inſtitutionem Grammaticam ſcholis Daniæ exhibebat Palladius *denuo correctam, editam & ad utili-*

tatem

tatem puerorum accomodatam, *Danicis paſſim interſperſis vocabulis* n).

B 5 Palludium

n) Hujus, *uniformitatis cauſa* à P. Palladio procuratæ, Grammaticæ utor editione, qvæ, qvod ad Torrentinum attinet, impreſſa eſt *Magdeburgæ apud Michaëlem Lottherum anno* 1556, & *extat venalis apud Nicolaum Foerd*, *civem & bibliopolam Haffnienſem anno* 1556. Partes vero reliqvæ tres ſcil a) *Syntaxis Johannis Deſpauterii a Sebaſtiano Novimola Duisburgenſi in abſolatiſſimam methodum redacta*; *item Libellus de reciprocis*, *ac ordine in declaratione Grammatica ſervando*; *adjectus eſt per eundem de ſyncategorematis*, *de proprietate graduum comparationis*, *& de ſpeciebus numeri libellus utiliſſimus.* (cum Deſ. Erasmi Roterodami de ratione ſtudii ad Chriſtianum Lubecenſem epiſtola parænetica); b) *Joannis Deſpauterii de figuris grammaticalibus liber ex Qvintiliano*, *Donato*, *Diomede*, *Valla*, *Placentino*, *Mancinello*, *Nigro pluribusqve aliis diligenter collectus*, c) *Antonii Mancinelli Verſilogus*, *diligenter ab Johanne Murmellio veræ lectioni reſtitutus*, *ejusdemqve commentariolis explicatus*; hæ tres libri partes impreſſæ ſunt

ibid.

Palladium non magno cum ſucceſſu Rectoribus ſcholarum uniformitatem commendaſſe videre eſt ex libro, cui titulus: *Grammaticæ Latinæ Præcepta, ex variis & optimis hujus artis autoribus collecta, in ordinem digeſta, & ad ediſcendi facilitatem accomodata, ſtudio & opera NICOLAI KRAGII RIPENSIS. Hafniæ.* 1578. 8vo. Conſilii ſui hoc de Grammatica opus edendi cauſam Kragius in dedicatione ad Cancellarium *Nicolaum Kaas* exponit fuiſſe, ut ſaltem in ſcholam Hafnienſem, cujus erat Rector, uniformitatem

ibid. apud eund. anno 1553, nec ullæ immixtæ ſunt, ut in Torrentini Commentariis, vocum verſiones Danicæ. — Libri hujus uſum acceptum refero humanitati Profeſſoris *P. T. Wandalii*, cui hocce Cimelio bibliothecam ſuam amplificare haud ita pridem contigit, & qvidem poſtqvam recenſionem ſcriptorum P. Palladii in opere ſuo: *De paa Jægerspriis ved Mindeſtene hædrede Mænds Levnetsbeſkrivelſer.* 1 Deel. S. 341 conſcripſerat; in hac enim recenſione, ut & in *Lexico Wormiano Erudit.*, editio hæc princeps omiſſa eſt.

tem præceptionum Grammaticarum per omnes claſſes introduceret, & præpoſterum puerilis inſtitutionis modum per diverſa Grammaticorum præcepta, abrogaret & exterminaret; addens: "qvis ignorat eviciſſe longo uſu con„ſvetudinem, qva in claſſibus ſuperioribus „Grammaticorum præcepta diſcenda propo„nuntur longe diverſa ab iis, qvæ in inferio„ribus pueris præleguntur? Nam in plerisqve „ſcholis, qvod ego ſciam, ita fere docetur, „ut infimi ordinis pueri *Deſpauterii* Rudimen„ta audiant, aut tale qvid: provectiores „Grammaticam Spangebergii aut *Torrentini* „terant: ſupremi in *Philippi* noſtri Gramma„ticis exerceantur & detineantur. Qvæ tamen „omnia tam ſunt in præceptis tradendis diſſi„milia, ut in eis vel maxime locum habeat „proverbium Græcum: ἀλλο γλαυξ, ἀλλο „κορωνη φθεγγεται i: e: aliud noctua, aliud „cornix ſonat."

Opera hæc Grammatica Palladianum, Kragianum, & qvæcunqve alia in uſu fuere, Seculo deinde XVII in ſcholis Patriæ Grammatices Præceptis, juſſu Regio a *Jano Dyony*-

ſii

ſii *Jerſino* concinnatis, & a *Thoma Bangio* philologicis obſervationibus illuſtratis, locum ceſſere.

Qvo fuſius prolixiusqve de Alexandri Theopagitæ Doctrinali, ut librorum, qvi medio ævo in ſcholis legebantur, anteſignano tractavi, eo brevius de reliqvis perſeqvi poſſum, qvoniam, mutata per reformationem tam eccleſiæ qvam ſcholarum facie, eadem omnes cum Doctrinali ſubiere fata. — Iisdem fere, qvibus Doctrinale, temporibus inclareſcere cœpit, & qvoad famam & uſum eodem fere, cum illo, paſſu ambulat alius in noſtro prænotato Catalogo occurrens liber

GRÆCISTA.

Eſt vero *Græciſta* cognomen *Eberhardi* vel *Ebrardi Bethunienſis* ex Bethunia in Arteſia oriundi. Qvæ de Scriptis ejus apud Fabricium, Hambergerum, Leyſerum inveniuntur relationes dijudicat, falſas a veris ſecernit, & qvæ contrariæ eſſe videbantur, conciliat *Pfeifferus*

Digitized by Google

Pfeifferus in opuſculo ſupra citato: Beyträge zur Kenntniß alter Bücher. 2tes St. S. 239. Inter ſcripta ejus eminet illud, unde nomen Græciſtæ ipſi inditum, opus Grammaticale, cui titulus

GRÆCISMUS.

Huncce librum eſſe Grammaticam Græcam, inſcriptione ſeducti credidere omnes hiſtoriæ literariæ ſcriptores, donec nuper, anno ſcilicet hoc currente, errorem latius latiusqve ſerpentem detegebat *Pfeifferus* l. cit.; me tali modo præveniens, qvi dudum eandem εὕρεσιν cum orbe erudito communicare moliebar *o*).

Eſt vero Eberhardi Græciſmus Grammatica latina, ſcripta verſibus hexametris (pau-cis

o) Titulo *Græciſmi* inſignita vere datur Grammatica Græca; nempe *Henrici Opitii*, edita Kilonii 1676. 8. — Græciſmum cæterum Ebrardi eſſe inſtitutiones Grammaticas lingvæ latinæ, longe ante *Pfeifferi* & mea tempora, indicatum eſt in *Weſtphalenii* Monument. inedit. Tom. II. p. 2394.

Digitized by Google

cis pentametris intermixtis.) conſtans capitibus 27, & initio Sec. XIII edita, ſecundum verſum.

Anno milleno, centeno bis, duodeno
Condidit Ebrardus Græcismum Bethunienſis.

Græcismus vocatur denominatione petita vel ex octavo capitulo, (qvod agit de vocabulis Græcis ceua græcis exortis) utpote a nobiliori & potiore parte; qvam ſententiam fovent duo Eberhardi Commentatores, ſcilicet Vincentius Metulinus & anonymus Erlangenſis, Seculo XIII a Pfeiffero l. cit. adſcriptus. Commentarius vero qvidam Mſtus in Regia aſſervatus Bibliotheca, ſic habet: "Vocavit iſtum " librum Græcismum qvaſi Græcorum ysmum " i: e: conſvetudinem, viam. Hysmus in " Græca eſt idem qvod mos, conſvetudo. " Græcismus denominatur eo nomine tam- " qvam nomine digniori — — nam græcia " diſciplinarum mater &c."

Diſpoſitionem operis lectori ob oculos ponam ſeqventi ſingulorum capitum recenſione. Capitulum primum agit de figuris etymologicis,

Digitized by Google

mologicis, orthographicis, ſyntacticis & proſidicis, & incipit:

Eſt proprie *metha* trans græce formatio *plasma*

Indeqve transformatio dicatur methaplasmus.

— — — — — —

Prothefis apponit caput, auferefisqve reſcidit.

Siſtole productam breviat, diaſtole longat.

— — — — — —

Elipſis necat *m*, perimit ſinalimpha vocalem.

— — — — — —

Synodoche partem ponit, pro parteqve totum

Semper materiam tranſcendit hiperbaton ipſam.

Excedendo fidem dictis hyperbola fiet.

Cap. II. agit de vitiis ſermonis, barbarismis ſcilicet & ſolœcismis.

A capite III incipit Grammaticæ pars, principalis ſive permiſſiva; erant enim ſecundum

dum Donatum Grammaticæ partes tres, permiſſiva, prohibitiva & præceptiva, juxta illud Iſidori: Omnis lex aut permittit, aut prohibet, aut præcipit. Jam autor duobis primis capitibus abſolvit Grammaticæ duas partes, permiſſivam & prohibitivam, adeoqve ab hoc inde capite usqve ad finem libri agitur de Grammatica præceptiva, qvæ in qvatuor ſubdividitur partes: Proſodiam Cap. III & IV, Orthographiam Cap. V, Ethymologiam complexam octo iſtas Donati partes orationis Nomen, pronomen, verbum, participium &c. Cap. VI. XXVI, Diaſintaſticam Cap. XXVII & XXVIII. Singulatim vero procedendo, agit

Cap. III de Coloribus rethoricis, ex. gr.

De voce in vocem deſcende, *gradatio* fiet.
Hic qvamcunqve videt, cupit, qvamcunqve cupivit,
Allicit, allectam vitiat, prodit vitiatam.

Cap. IV. de pedibus metrorum.

Cap. V. de orthographia, incipit:

B mutatur

Digitized by Google

B mutatur in *f* in ſex qvoqve c g p m s r
Differo ſuccurro ſuggeſſi ſuppeto, juſſi
Summitoqve & ſurripio ſimul eſſe memento

Cap. VI de generibus nominum monoſyllaborum.

Cap. VII enumerat nomina propria græca Muſarum, Deorum, planetarum, ſignorum Zodiacalium &c. Speciminis loco derivationes nominum ſeptem planetarum apponere fas eſt:

Sol lucens ſolus, a luceo Luna, Venusqve
A veneror, kyrios mercantum Mercurius ſit,
Mars mors, Jupiter a juvo, Saturnus ſatur annus.

Cap. VIII de nominibus appellativis Græcis. Ex hoc capite multa congeſſit *Pfeifferus* loco laudato.

Cap. IX Nomina appellativa latina Maſculini generis.

Cap. X. — — Fœminini generis.

Cap. XI — — Neutrius generis.

Cap. XII Synonima & æqvivoca, ex. gr.

Eſt coma qvadrupedis, colubri juba ſive leonis;
Cæſaries hominis, crinis proprie mulieris,
Hujus & illius bene dicitur eſſe capillus.

— — — — — —

Eſt mare ſive ſalum pelagus, qvoniam ſit amarum
A pello pelagus, qvod pellunt littora fluctus,
Æqvor ab æqvando, cum nil turbatur in ipſo,
A potu pontus, qvod citus, oceanus,
Dicitur hinc altum, qvod vix tanges ibi fundum.
Dicitur inde fretum, qvod ſuper omne fremit &c.

— — — — — —

Dicitur hinc ſcortum, qvoniam ſolet excoriare,
Ac meretrix qvoniam ſtat pro qvadrante merendo.

Cap. XIII recenſet Nomina Adjectiva.
Cap. XIV de Pronominibus; incipit:

Domini noſtri veſtigia prima ſecutus
Nomine tractato nunc de pronomine dicam
Non qvod ſum Priſci dictis contrarius ani

Sed

Sed quod hoc opere volo doctrinare minores,

Cap. XV — XVIII De verbis qvatuor conjugationum.

Cap. XIX De Verbis anomalis, æqvivocis, aliisqve; v. c. ſeqventibus voces animalium exprimentibus:

Drenſat olor, clingit anſer, crocitat qvoqve corvus
Ac pardus fellit, vultur pulpat, leo rugit,
Ac onager mugilat, bos mugit, rana coaxat,
Vociferans barrit elephas, grillusqve mimirrit
Blacterat ac veſpertilio, ſtridinnit hirundo
Balat ovis, vehyat capra, ſed gallina gracillat
Frendit aper, vulpes qvoqve gannit, rudit aſellus
Hinnit eqvus, grunnit porcus &c.

Cap. XX. de Adverbiis, incipit:

Sunt adjecta verborum adverbia ſemper.

Cap. XXI. De Participiis:

Digitized by Google

Participem dicas qvod participare duobu
Dicatur verbis nominibusqve ſimul.

Cap. XXII De conjuctionibus.

A jungo jungis conjunctio dicitur eſſe.

Cap. XXIII De præpoſitionibus.

Cap. XXIV De Interjectionibus.

Cap. XXV De Speciebus nominum ſive de vocibus homonimis, æqvivocis, gentilibus, collectivis, diſtributivis, numeralibus, verbalibus, poſſeſſivis, diminutivis, heteroclitis &c. — De ſeipſo in hocce capite autor talem jactat verſum:

Dic patrium nomen Ebrardus Bitunienſis
Hic interſerui nomenqve locumqve magiſtri.

Cap. XXVI De accidentibus verborum ɔ: de verbis inchoativis, meditativis, freqventativis — item de modis Indicativi, Imperativi, Conjunctivi & Infinitivi. Initium hujus capitis ſic ſonat:

Si

Digitized by Google

Si proprie attendas tunc verbum a verbero dicas
Non ideo ſolum qvod verberet aëra verbum
Sed qvoniam ſolet hoc oratio ſæpius uti
Atqve ſolent aliæ partes qvoqve verba vocari
Hinc dicit qvæſo bona verba Terentius ipſe.

Capite deniqve XXV, tantum diſtichis conſtante 63, abſolvitur pars diaſyntaſtica ſ. Syntaxis, incipiens:

Pœnitet & tædet miſeret piget & pudet iſta
Accuſativum poſcunt ſimul & Genetivum
Natura primum ſed tranſitione ſecundum
Et juvat atqve decet dabit atqve delectat oportet.

Opus concludunt hi duo verſus:

Explicit Ebrardi Græcismus nomine Chriſti
Qvi dedit alpha & o ſit laus & gloria Chriſto.

Ad hanc præcedentem Græciſtæ delineationem conficiendam uſus ſum editione, qvæ Regiam ornat Bibliothecam, ſeculo inventionis artis typographicæ in Folio, ut dicunt, ſine

Digitized by Google

mota loci & anni adornata, commentariis illuſtrata *Johannis Vincentii Metulini Aqvitanici.* Editionem hanc, licet venerandæ ſit ætatis, alia antiqvior præcedit; Vincentius enim, ut ipſe in præfatione novæ huic editioni præmiſſa, refert, primum conſcripſit *poſtillam* ad Græciſmum: dum eam rudem & incompoſitam urſi more lambendo fingere volebat, & ipſam cultiori amictu veſtire contendebat, non tam erepta qvam ſurrepta e ſecretis ipſius cameræ aditis fuit a nonnullis, qvi illam incomptam & ſcabroſam *arte impreſſoria publicabant* — textum mendis eminentibus deturpaverunt. — Cum igitur ſuam poſtillam tantorum ſordentem defectuum fœtibus vidiſſit, ſtatuit eam legendo percurrere, ſubſtracta eidem reſtituere, & ſuperflua in ea congeſta eradere, addendo eidem, qvæ ipſi viſa fuere additione digna, & qvæ ipſi ſuperflua aut falſa videbantur, correctionis ſcapello amputabat.

Præfatio Vincentii antiqva orditur a commendatione artis Grammaticæ, qvam Adamo coævam eſſe, inde probat, qvod nomina cunctis animantibus ille imponeret. — Vincentius

Ebrardi

Ebrardi librum ſtatuit expoſitionibus ſuis illuſtrandum, qvia illo compendioſe inſtituta de ea arte in unum coacta volumen conſpexit qvam plurima.

Qvamvis Vincentius interdum in ſua Poſtilla ſaniora ſapit, qvam Ebrardus, qvando v. c. Ebrardus in capite IX derivat vocem Diabolus a *dis* bis, & *bolus* morſellus, »qvia facit duos morſellos, corpus & animam;» Vincentius addit: credo melius derivari a diavolo verbo græco qvod calumnior ſignificat in latino; ſæpe tamen etiam lectori propinat talia: »Mechanica de *mæchor* qvod eſt adulteror, qvia mœchari facit intellectum ſordibus involvendo eundem. — Euterpe Muſa, bona converſatio, interpretatur ab *eu*; qvod eſt bonum, & *tropos* converſio. — Mars qvaſi *mares* vorans. — Europa dicitur ab *eu* qvod eſt bonum & *ripa*. Africa dicitur de *affero*, qvod ab iſta ad alias mundi partes merces deferuntur.»

Titulus libri in primo folio hic extat: *Libri Ebrardi Greciſte*; clauditur ſeqventi ſubſcriptione: *Viri literarum doctiſſimi magiſtri*

 Ebrardi

Digitized by Google

Ebrardi bituniensis grecismi liber feliciter explicit una cum gloſa magiſtri Johannis vincentii metulini in florente ac fructifera pictavienſi univerſitate regentis.

Vincentius hic in Pictavienſi Univerſitate regens, cujus nomen in annalibus literariis aliunde non eſt notum, in hujus libri folii 6ti verſi linea 4ta perhibet, ſe compilaſſe librum qvendam de Proſodia, & linea 7ma, ſe Præfationem antepoſuiſſe Doctrinali Alexandri de Villa Dei.

Poſſidet Bibliotheca Regia qvoqve codicem chartaceum, manu 1432 exaratum, continentem Ebrardi Græcismum a capite inde IX usqve ad finem. Adjectus eſt commentarius, interſperſæ gloſſæ interlineares, & interdum vertuntur voces in lingvam germanicam. Eſt vero codex propter abbreviaturas, ut vocant, intricatas perdifficilis lectu, adeoqve exigui uſus. Ex illis, qvæ ſupra ad Caput XIX attuli, de animalium ſono vocabulis vertit clingit per *qwaken*, rugit per *brummen*, coaxat per *qwerren*, ſtrictinnit per *tirren*, gracillat per *klucken*, hinnit per *wrenſchen*.

Verſum

Digitized by Google

Verſum ſupra citatum: *Dic patrium nomen Ebrardus Bituniensis* commentator hac gloſſa illuſtrat: "Ebrardus editor præſentis libri fuit Hiſpanicus Bitunienſis & de Bitunia oriundius;" in qvo labitur, nec enim erat Ebrardus natione Hiſpanus, ſed Arteſius, ut ſupra indicatum.

Græciſtam qvondam in magno fuiſſe pretio conſtat. Prælegebatur adhuc Seculo ad finem vergente XV Daventriæ, ubi erat ludus literarius tunc temporis celeberrimus. Erasmus Roterodamus, qvi illum ibi ediſcebat, in epiſtola parænetica, ſupra ex occaſione Grammaticæ Palladianæ memorata, Chriſtianum Lubecenſem hortatur, ut *Ebrardum*, Catholicon, Brachilogum, cœterosqve id genus iis relinqvat, qvos barbariem immenſo labore diſcere juvat. Cfr. Compendium Vitæ *Erasmi* præfixum Tom. I. Oper. Edit. Van der Aa. Græciſtam qvoqve Rex Chriſtianus I cit. ſuo perſeqvitur anathemate, & Chriſtiernus Petri qveritur in libri ſui folio *g* 1, majores noſtros olim in librariis ſuis congeſſiſſe Codices inutiles & futiles, Catholicon nempe, Floriſtam, *Græci-*

Digitized by Google

ſtam, Laborinthum, Dormiſecure, Legenda Sanctorum, Petrum Lombardum, Albertum Magnum, Holkot, Decretum ac Decretales, addens: "Oc derover ere de gode Böger afflag-
" de aff huilke unge Menniſke ſkulle lære god ret
" Latine oc edelige boglige Konſter; Ath de
" kunde læſe oc forſtaa andre gode Böger, oc
" dicte, tale och ſcriffue god ſubtilig ret latine
" ſom den ene danſke Mand Saxo Gramma-
" ticus."

Ad alterum propero Ebrardi librum, qvi venit ſub nomine

LABYRINTHI.

Labyrinthus eſt carmen elegiacum de miſeriis Rectorum ſcholarum, in qvo ſimul artis rethoricæ & pöeticæ idea ſiſtitur. Male ex titulo libri Poëtam, Labyrinthum nomine, nonnulli finxere Librarii. Labyrinthum in ſua Poëtarum medii ævi hiſtoria p. 796 ſeqv. imprimi fecit *Polycarpus Leyſerus*, ex qva editione

ne

Digitized by Google

ne nonnulla reiterabat *Jo. Alb. Fabricius* in Bibl. med. & inf. Latin. ed. Manſi Tom. II p. 73. Neuter eorum ſuſpicabatur Labyrinthum ante fuiſſe editum; habetur vero in Bibliotheca Regia *Labyrinthus Poeta & Orator de Ludimagiſtrorum moleſtiſſimis laboribus apprime nobilis: deqve ſuæ artis inſtrumentis, id eſt figuris & coloribus cum verborum tum ſententiarum.* in fine: *Labyrinthus explicit feliciter. Emendatus nuper & impreſſus Erphordiæ per Wolffgangum Schencken anno ſalutis* 1501. forma 4ta.

Ex iſto de Verſificatione loco inſigni, in qvo recenſet Poëtas, & pleroſqve ex illis mediæ ætatis, qvos illo tempore in ſcholis prælegere ſolebant, liceat mihi apponere seqventes duos, hanc noſtram Diſſertationem concernentes, verſus:

Qvód pueri potent tibi *Doctrinale* propinat:
Priſci doctoris utiliora legit *a*).

Græcis-

a) Hunc verſum *Fabricius* male interpretatus eſt: *legit utiliora qvam Priſciani*; ſenſus eſt: legit ɔ: *ſelegit* utiliora ex Priſciano.

Digitized by Google

Græciſmus recitat, peperit qvas Græcia voces,
Qvas Latium dat, qvæ ſignificata ferant.

Regulis artis poëticæ abſolutis, in miſeria Rectoris ſcholarum delineanda pergit autor ita:

Talibus inſtructus ſedet in laqveo *Labyrinthi*,
Carcere clamoſo luctiſonaqve domo.
Tarde venit gravitate pedum genetrix elegorum
Mœſta refert, mœſti compatiendo malis.

Mores & ingenia ſcholarium paulo infra ſeqventi modo depingit:

Corruptæ qvidam ſunt indolis, ut meliora
Diſpliceant, placeant deteriora ſibi;
Pro ſtudio cauponem, pro Doctore tabernæ
Proviſorem, pro codice ſcorta colunt.

— — — — — —

Effrenes qvosdam vexat veſania mentis;
Frenum

Digitized by Google

Frenum non dat eis excoriata cutis.

— — — — — —

Sunt hebetes: formam prius inſcribas adamanti,
Qvam capiant, qvod eis traditione feris.

— — — — — —

Mane petendo ſcholas qvi cum teſtudine ſerpunt
Saltatu leporis veſpere tecta petunt.
Qvælibet hora brevis diſcendi longa videtur
Ceſſandiqve dies emutilata ſibi. &c.

Porro verſus finem Rectorem ſcholæ ita alloqvitur, hærens in probando, verum eſſe tritum illud adagium: *Qvem Jupiter odit, præceptorem facit.*

Cor tibi decoxit curæ ſtudiiqve caminus
Afflixit corpus Pariſiana fames
Sicut divitibus eſt Pariſius paradiſus
Sic eſt pauperibus inſatiata palus.

— — — — — —

Inde reverſus eras nudatus veſte, lucerna
Pallidus, exilis corpore, rebus inops.

Sed

Digitized by Google

Sed nunc cura gregis te mancipat, urit & arctat
 Officii jure, ſedulitate, metu.
Pervigilata tibi face nocturna, recitata
 Sæpius excerebrat lectio mane caput.
Tædia multa tibi ſurgunt; tibi tradita qvisqve
 Cum reddit, ſolo te reſidente loco.
Nec minis affligit te declinatio mane
 Et ſero pueris continuata tuis.
Dicere materias puerorum viribus aptas,
 Crux gravis eſt curæ qvotidiana tuæ.
Verſus audire, nefas *q*) oſtendere, limam
 Addere, non levis eſt verſiculoſa lues. &c.

Concluſio libri:

Aſpirante Deo tenet optatum mea portum
Anchora; ſit virtus patri, ſit gloria nato,
Spirituiqve decus, qvi non idem ſed *r*) idem ſunt

Triplex

q) Leyſerus legit *mendas.*

r) Leyſerus legit vel *idem & idem*, vel *diverſi ſed idem.*

Digitized by Google

Triplex alteritas, ſimplex eſſentia trino
Eſt uniqve Deo, cui mundi machina ſervit.
Lector condoleas *Ebrardi* carminis ullam
Si cariem videas; vigilet correctio limæ,
Dormiat invidiæ detractio: nemo beatus
Ex omni parte: mala ſunt vicina petendis.
Simplicibus qvia ſimpliciter mea carmina ſcripſi,
Jure meæ Lector ignoſcere debet Eclypſi s).

JOHANNES DE GARLANDIA

Vocatur etiam *de Garlandria & Garlandius*. Erat natione Anglus, Grammaticus & Poëta inſignis, ſeculo florens XI. Varia, qvorum in ſcholis medio ævo freqvens erat uſus, compoſuit de arte Grammatica opuſcula, verſibus hexametris conſcripta, qvæ recenſui in *Spicilegii Bibliographici Faſciculo* I. p. 82. & ſeqv. Horum unum venit ſub nomine *Æqvivocorum* vel

s) Duos poſtremos verſus Leyſerus non habet.

Digitized by Google

vel *Æqvivocationum*, qvarum ad manum habeo editionem, Coloniæ anno 1500 per Henricum Qventel in forma 4ta adornatam, præter iſtam l. cit. deſcriptam, ſine nota loci & anni impreſſam. In primo capite determinat autor ſignificationem & vim dictionum æqvivocarum incipientium a litera *a*, in ſecundo incipientium a litera *b*, & ſic porro ordine progreditur alphabetico; ex gr.

Beſtia mente notat raptum, ratione carentem,
Leviathan, hereſin, ſatanam tibi, brutaqve ſignat.

— — — — — —

Sanctum pneuma notat *Digitus*, donumqve ſupernum,
Pruritum venerum, numerum, membrumqve puſillum.

— — — — — —

Terra ſit infernus, virgo, deus, ac elementum,
Cœlica vita, caro, prothoplauſtus, machina mundi.

Qvam

Digitized by Google

Qvam barbarice inepta, falſa & obſcura hæc explanatores & commentatores, in uſum ſcholaſticæ juventutis, reddidere adhuc magis inepta, magis falſa & magis obſcura, patebit, ſi ſpeciminis cauſa gloſſas ſuper hos duos poſtremos attulero verſus: - "Hic æqvivocatur » hoc nomen *terra*. Nam primo ſignificat » infernum; unde Job. Anteqvam vadam ad » terram tenebroſam. Secundo pro beata » virgine; unde Pſalm. veritas de terra orta » eſt i. e. de virgine. Tertio ponitur pro » Deo; unde: Dic tibi terra levem cœli ſupere» minet apem. Qvarto eſt unum de qvatuor » elementis, & ſic dicitur qvod terra eſt in» fimum elementum. Qvinto ſignificat æter» nam vitam; unde Pſalm. Portio mea Do» mine in terra viventium. Sexto ſignificat » carnem humanam; unde Job. Terra data » eſt in manus impii. Septimo dicitur homo; » unde in Geneſi. In principio creavit Deus » cœlum & terram. Extra litteram ſignificat » eccleſiam militantem; unde Pſalm. Viſita» ſti terram." — Exemplum aliud huic haud abſimile dabit Spicileg. Bibliogr. pag. 88.

Alius ejusdem Autoris libellus vocatur *Deponentalia verborum*, qvem metrice conſcripſit, ut refert commentator, "videns errorem qvamplurimorum non habentium "differentiam inter verba deponentalia & "verbapaſſiva." Incipit:

Veſcor cum potior, fruor, addas fungor & utor

Utimur utilibus, fruimur cœleſtibus eſcis,

Veſcimur æternis, potior dape, fungor honore.

Iſta notant uſum, qvartum ſextumqve ſecundum

Depoſcunt caſum, potius tamen addito ſextum.

Johannem de Garlandia qvoqve eſſe verum autorem Synonimorum iſtorum, qvæ in Catalogo noſtro librorum, in ſcholis qvondam dominantium, appellantur

SYNO-

Digitized by Google

SYNONIMA BRITONIS

In Spicilegii Bibliogr. p. 86 & 92 contra autoritatem ſummorum in hiſtoria literaria Virorum *Jöcheri*, *Fabricii*, *Du Cangii* evincere nitebar, duas invicem conferendo editiones, qvarum una nomen Johannis de Garlandria, altera vero Britonis præferebat. Cumqve in multis ephemeridibus doctis, ubi Spicilegium noſtrum dijudicarunt Cenſores literarii, ex: gr. Gottingenſibus, Lipſienſibus, Kilonienſibus, Havnienſibus, nec, & hoc ſumma rei eſt, in Litteratura Hiſtorica Meuſeliana ne tantillum quidem contra hancce monitum eſt hypotheſin, non eſt, cur ab iſta abſiſtam ſententia.

Præter duas, *Spicileg.* l. cit. recenſitas, *Maittairio* ignotas, editiones Bibliotheca regia poſſidet editionem Henrici Qventel, anni 1500; & inſertus etiam eſt integer textus Synonimorum *Pol. Leyſeri* Hiſtoriæ Poëtarum med. ævi p. 312.

Digitized by Google

De inſtituti ſui utilitate & modo ſic loqvitur autor ab initio:

Si qvis abundare cupit in ſermone latino
Atqve reſervare qvæ mens cito lubrica fundit
Eligat ex multis hic mutatoria vocum,
Et diverſimode rem ſignificabit eandem
Utqve modo varias res ſignificabit eodem
Edocet Æqvivocis opus hoc Synonima jungis.

— — — — — —

Eſt opus idcirco cognoſcere qvaliter & qvo
Æqvivocis & ab Univocis Synonima diſtant.

— — — — — —

Sed qvia dactilici ſunt multa vocabula metri
Qvæ legem fugiunt operi, qvibus eſt opus, illi
Qvod longare brevem placet & longam breviare
Non aliter poterunt Synonima conſociari.
Particulis opus hoc placuit complere duabus
Multimodis t) prior, Æqvivocis pars altera cedit,
Ut qværenda loco ſtatuantur ſingula certo
Hæc Alphabeti geminus diſterminat ordo.

Mon-

t) Al. *multivocis*.

Monſtrant hi qvatuor poſtremi verſus præpoſterum ſervari ordinem in editionibus, in qvibus vel Æqvivocationes & Synonima ſejunguntur, vel Æqvivoca Synonimis anteponuntur. Novum etiam ſubminiſtrant argumentum, qvo mea de Johanne de Garlandia & Britone, ut uno eodemqve, corroboratur hypotheſis, dum Æqvivoca, qvæ tantum habentur ſub nomine Johannis, hic conſiderantur tanqvam pars altera opuſculi, qvod in editione Qventeliana recte intitulatur: *Synonima & Æqvivoca Magiſtri Joannis de Garlandia.*

Abſurdarum & inſulſarum ſententiarum, & ridicularum verborum explicationum, lingva barbara propoſitarum, ſpecimina ſunto verſus ſeqventes cum ſuo commento:

Eſt meretrix ſcortum, Thais, lupa, capra, chimera,
Poſt nonam proſtans nonaria jungitur iſtis,
Ganea vel lena ſunt dictis aſſocianda.

» Hic autor ponit conſynonoma illius » nominis *meretrix.* Pro qvo ſciendum, » qvod

„ quod meretrix dicitur quaſi merens tria
„ ſcilicet peccatum, confuſionem & pecuniam;
„ Sed ſcortum dicitur ab illo verbo ſcortor
„ ſcortaris, deponentale, quod idem eſt quod
„ evacuare; quia ſcortum evacuat ſubſtantiam
„ & bona Amaſii; unde; Scorto nemo placet,
„ niſi dextera munera portet. Et dicitur ſcor-
„ tum a ſcortea; vel dicitur a ſcortos græce,
„ quod eſt corium hirſutum & non præpara-
„ tum latine: ſic eodem modo ſcortum eſt
„ indiſpoſita ad virtutes. Capra etiam dicitur
„ meretrix, quod ſicut tale animal rumpit
„ arbores & olera, ſic meretrix rumpit ſub-
„ ſtantiam hominis ipſum adamantis. Nonaria
„ eſt meretrix dormiens ad horam nonam,
„ &c."

Ejusdem farinæ ſunt, quæ eidem etiam Johanni de Garlandia debentur

COMPOSITA VERBORUM.

In eodem, cum præcendentibus Johannis opuſculis, volumine compacta, & Coloniæ

impenſis

impenſis Henrici Qventel anno 1501 impreſſa, manibus tracto hæc Compoſita Verborum. Male vero ab editore vel impreſſore in titulo adſcribuntur *Johanni Synthi*; niſi forſan, qvod eqvidem puto, intelligendum eſt, Johannem Sintheimium Daventrienſem, Eraſmi Roterodami præceptorem, qvi magnum ea tempeſtate in ſcholis Germaniæ conſecutus erat nomen, libellum hunc evulgaſſe, commentarioqve illuſtraſſe.

De Johanne de Garlandia ex Ebrardi Græciſtæ ſupra deſcripto *Labyrintho* ſeqvens excitandum puto Elogium:

Enarrat, probat exemplis u) *liber Æqvivocorum*

Dictio qvot ſub v) ſe ſignificata gerat.

DONATUS.

Ælius Donatus, Grammaticus celeber, Romæ Sec. IV florens, Præceptor Sti Hieronimi, ſcripſit

u) Al, leg *eximius*.

v) Al. *in*.

Digitized by Google

ſcripſit tres parvos commentarios Grammaticos, qvi vocantur 1) *Ars* ſ. *editio prima*, de voce, litera, ſyllaba, pedibus, tonis & poſituris vel diſtinctionibus. 2) *Editio ſecunda* de octo partibus orationis. 3) De barbarismo, ſolœcismo, cœteris vitiis, metaplasmo & tropis. Hæc Donati in pluribus Grammaticorum collectionibus, ex. gr. *Eliæ Putſchii* pag. 1735 — 1779 edita ſunt. Separatim vero ſingula ab ipſa artis typographicæ vixdum repertæ infantia ſæpiſſime, ut notum eſt, typis commiſſa. Viget adhuc in ſcholis noſtris, objurgationibus *Chriſtierni Petri* non perterrita, Donati ſecunda ſic dicta editio de octo partibus orationis; idcirco de hocce libro in tanta notitia hæc ſufficiant.

PETRUS LAALE.

Petrus Laale, vel Lolle, vel etiam Laglancus dictus, Sec. florens XV, erat Judex Hallandiæ, unde gaudet nomine Legiſtæ & Legiferi. Sepulchrum ejus Roſkildiæ inveniri putabat

Reſenius

Reſenius in Præfatione ad Eddam; Grammius vero, vir exactæ, ſi qvisqvam, in talibus inveſtigandis ſolertiæ, profundæqve ſupra qvod dici poteſt eruditionis, hanc relationem in dubium vocat, qvoniam plures eo ipſo nomine & cognomine hic olim vivebant literati homines, ſacerdotes & alii *x*).

Conſcripſit Petrus Legiſta notiſſimum librum, *Proverbia* ſ. *Adagia* Latina & Danica, carmine latine leonino diſpoſita ſecundum ordinem alphabeti, ita ut primo habentur verſus incipientes a littera *a*, deinde a litera *b*, & ſic porro. Adagiis his ſubſeqvente tempore commentarium latinum adjecit *Chriſtiernus Petri*. Editio Hafnienſis prima horum proverbiorum anni 1506 4to, cujus titulum refert *Lexicon Litterar. Wormianum* P. II pag. 615, aſſervatur in Bibliotheca Univerſitatis Hafnienſis; Edit. II ib. 1508. 4to, in Bibliotheca Hielmſtierniana v. Catalog.

D 5 P. I.

x) Orat. de origine & ſtatu rei literariæ in Dania usqve ad fundatam Univerſitat. Hafn. edita in *Dan. Biblioth.* VII S. p. 509.

Digitized by Google

P. I. pag. 241, & editio, ordine tertia, Pariſiis 1515 4to, in Bibliotheca Regia.

In præfatione ad editionem principem anni 1506, cujus mihi data eſt poteſtas, ſeqvens exſtat Parabolarum Petri Elogium: » Cum diverſorum terminorum & vocabulo- » rum virtutes & ſignificationes in præſenti » libro faciliter ſub ſtilo metrico & delectabili » ſecundum ordinem alphabeti explicantur; » hic liber ſatis utilis eſt, *& in ſcholis valde* » *communis*. nunc vero per doctos viros in » univerſitate Hafnienſi diligenter correctus. » Cujus libri autor & compilator dicitur fuiſſe » vir egregius *Petrus de Laale artis gram-* » *maticæ notabilis interpres.*» *Jodocus* autem *Badius Aſcenſius* in epiſtola nuncupatoria ad *Chriſtiernum Petri artium bonarum apud Parrhiſios magiſtrum & Lundenſis eccleſiæ canonicum prudentiſſimum*, præmiſſa editioni Parabolarum Pariſienſi, de autore noſtro ſeqvens fert judicium: »Sciſcitaris *Chriſtierne* doctiſſime » qvid de *Petri Legiſtæ* Parabolis metrice » compoſitis cenſeam. Qvocirca qvamvis de » receptæ apud nonnullos autoritatis viris diffi-

» cile

„ cile ſit ad omnium ſtomachum judicare, „ tamen, qvia tuæ caritati nihil negare poſſum, „ brevem ſed bipertitam ſententiam dicam. „ Siqvidem ut Juvenalis: librum, ſi malus „ eſt, neqveo laudare, at, ut Plinius, nul„ lum exiſtimo tam malum, qvod non aliqva „ ex parte proſit. Proinde Legiſta tuus (ſic „ enim vulgo nuncupatur) ſicut in ſubtili va„ riatione carminis, vocabulorum non trivia„ lium appoſita uſurpatione, ſententiarum „ gravitate, & ſubinde ſalibus eſt laudandus; „ ita in anxia illa ſonoritatis penthimemeris cum „ fine obſervatione, vocabulorum abſoletorum „ (obſoletorum) & ſubinde barbarorum uſur„ patione, & ſyllabarum licentia neqvaqvam „ eſt imitandus."

Editio Pariſienſis in folio III ſeqventem præfert titulum: *Petri Laglandici cognomento Legiſtæ Parabolæ metricæ; ſeu Verſus proverbiales eruditionis bonæ & vocabulorum non vulgarium pleniſſimi; ſecundum ordinem literarum collecti tam ex ſacris literis qvam ex jure canonico qvam ex Danicis adagiis ſive proverbiis; cum explanatione familiari Chri-*

ſtiani

ſtiani Petri Magiſtri Parrhiſienſis ; extracta pro bona parte ex adnotatis per piæ memoriæ presbyterum & præceptorem ſuum Eraſmum Simonis Roſkildenſis eccleſiæ Vicarium & recognita per Jodocum Badium Aſcenſium.

Pauca tantum ex libro hoc, ſatis noto, dabo Specimina:

Grunnit porcellus, ut ſus vetus ante, tenellus.
Saa grynter Griiſe efter ſom gamle Sviin fore.
Haurit aqvas cribro, qvi diſcere vult ſine libro.
Han öſer Vand med Sold ſom lærer foruden Bog.
Ignis ſcintillam qvis geſtis verte favillam.
Hvo Ild vil have, han ſkal lede i Aſken.
Rem qvam non aula dant ſæpe tuguria paula.
Man finder det ofte i Bondens Værge y), ſom man ei finder i Kongens Sal,

Hunc verſum Chriſtiernus Petri in familiari explanatione ſic explicat: "*Tuguria i. e. caſæ*

y) Al. *Eye.*

„ *caſæ & tegetes ac domicilia pauperum; paula „ i. e. modica; dant ſæpe rem, qvam aula non „ ſuppeditat, ut: altum ſomnum, recentes & „ inemptas herbas, ſilentium, ſoſpitatem" &c.*

Res non ſit inopis bos craſſus, fœmina comis.
Fattig Mand ſkal ei have faver Kone eller feder Heſt.

Bos & eqvus craſſus, & fæmina i. e. uxor, comis i. e. ſuavis & lepida in ſermone, non ſint i. e. non debeant eſſe inopis, quia neutram rem poſſit conſervare.

ÆQVIVOCATIONES MATTHÆI.

Matthæus hic eſt Matthæus Vindocinenſis, natione Gallus, florens circa confinia Seculorum XII & XIII, qvi carmine elegiaco compoſuit *Tobiadem*, id eſt, Metaphraſin libri Tobiæ, conditam ex latina Hieronimi translatione, & ſæpius impreſſam. — Tractatus ejus

Digitized by Google

ejus de *Æqvivocis*, nunqvam typis expreſſus, in Bibliothecis Britanniæ & Galliæ latet; nullum vero, qvod eqvidem reſciſcere potui, in Bibliothecis Hafnienſibus, Regia vel Univerſitatis, reperitur exemplar.

In ſupra allegato Ebrardi Labyrintho ſeqvens exſtat de noſtro Matthæo elogium:

Scribendi regit arte ſtilum, Rufoqve negante,
Laudem *Matthæus Vindocinenſis* habet.

FACETUS.

Hoc nomine gaudet Anonymi poëma elegiacum de officiis hominum erga Deum. Cum mihi non integrum eſt evolvere *Auctores octo morales*, inter qvos editus eſt Facetus Colon. 1520. 4to, initium poëmatis ſumam ex codice Bibliothecæ Regiæ mſto chartaceo:

Moribus & vita qvisqvis vult eſſe *Facetus*,
Me legat, & diſcat, qvod mea Muſa docet.

Clericus

Digitized by Google

Clericus & laicus, ſenior, puer atqve juventus
Illic inſtruitur, miles & ipſe pedes.
Expedit inprimis cupientes eſſe facetos
Mente, fide, verbo, nobilitate frui.

— — — — — —

Officio proprio ſapienter ſit ſtudioſus
Ut maneat doctus qvilibet arte ſua.
Otia nullus amet, niſi ſint conjuncta labore,
Nam nimia reqvie mortificatur homo.

— — — — — —

Veſtibus & longis ſua contegat intima membra.

— — — — — —

Littera ſi placeat, qvod clericus efficiatur,
Vel forſan laicus doctior eſſe velit,
Judex, vel medicus, doctor, vel ſcriba, poëta,
In teneris annis diſcat amare libros;
Sed ſi militiæ puero ſit vita petenda
Cruribus, & manibus flectere diſcat eqvos.
Qvi mercatoris doctrinam gliſcit habere,
Noſcere denarios expetat ipſe prius.
Cambiat attente, ne ſit deceptus ab ullo. &c.

Loco

Digitized by Google

Loco Faceti voluit Rex *Chriſtianus II*, qvod in ſcholis Daniæ prælegerentur Diſticha moralia, qvæ ſub *Catonis* circumferuntur nomine, ſatis ſuperqve nota. vid. *Danſke Magaz.* VI. Tom. pag. 366.

PUERILIA.

Qvodnam & qvale Præceptum per Puerilia intelligendum eſt, nondum mihi liqvet. — Jubet vero Chriſtiani II Ordinatio ſcholaſtica, qvod, *omnibus veteribus libris* Skultus *traditis & igne combuſtis*, loco Puerilium juventuti ſcholaſticæ præligerent Ludimoratores *Flores vocabulorum Antonii Mancinelli.* — Editionem Florum *Mancinelli*, *Maittairio* ignotam, recenſui in Spicileg. Bibliogr. pag. 46. — Continet vero libellus iſte Mancinelli, ſub titulis octo, recenſionem vocabulorum qvorundam juxta octo partes orationis: ordo vero in Nominibus Verbisqve enumerandis ſervatur alphabeticus. Subjungitur titulus nonus de Orthographia. — Incipit:

Abba

Digitized by Google

Abba pater, monachûm pater Abbas inde redundat

Eſt abacus menſa, in qva Bacchi pocula ponunt

Sunt & qvadræ caro qveîs conciſa locatur

Ars abacus numeros tranctans ſolet ipſa vocari.

Titulus VII de interjunctione ſic incipit:

Væ populo & populi bene dicitur, ut Caper inqvit,

O vocat, ac optat, ſed tunc adverbion eſto

O regina novam cui condere Jupiter urbem

Adſis o tantum & propius tua numina firmes.

Ita ſecundum propoſitum brevi & obitaria recenſione perſtrinxi iſtum Præceptorum ſcholaſticorum, in Dania ante reformationis tempora vigentium, qvem ex monumentis Coævorum confeceram, catalogum.

Præter hos nominatos libros Langebekius in Promptuar. Dan. Tom. I. pag. 50 etiam ex libro Chriſtierni Petri affert

 Caſer,

Caſer,

Qvam vocem qvoqve vere exſtare video loco allegato apud Chriſtiernum. Variis vero rationibus motus credo ſub hac voce ſubintelligi debere, non certum qvendam librum aut autorem, ſed tantum *caſus* & paradigmata declinationum, in alio qvovis obvia opere Grammatico. Ut hoc credam, adducor inprimis ex loco ipſius Chriſtierni parallelo in folio 68, ubi legitur: »ufornömſtige Skolemeſtere
» og Hörere flængde, ſlede og hudſtröge oc
» ſloge de fattige Börn, Peblinge, oc Degne,
» at Blodet löb ned af Ryggen paa dem i deres
» Hoſer, for en Tytel eller Ord ſkyld, ſom
» en ſoer vild udi, eller i ſine *caſer* z), oc
» temporalyer.» Hoc enim loco vel excerpta ex qvodam ſcriptore grammatico, vel paradigmata declinationum & conjugationum ſubintelligere eſt neceſſe. — Primo qvidem intuitu putabam errorem ſubeſſe typographicum, & pro *caſer* legendum eſſe *Caper*; eſt nempe Caper autor Grammaticus, in corpore Grammaticorum

z) In Originali (de qvo v. Append.) legitur, *Caſualibus und Temporalibus.*

Digitized by Google

maticorum Veterum, a Putſchio editorum, obvius: re vero accuratius perpenſa, agnóvi hanc ſuſpicionem omni omnino deſtitui fundamento.

Hæc itaqve ſunt, qvæ temporis anguſtia hac vice permiſit in publicam lucem proferre de libris iſtis, qvos conſtat ante tempora reformationis in Daniæ, Norwegiæ & Sveciæ ſcholis fuiſſe prælectos. — Reliqva, qvæ ad ſtatum rei noſtræ ſcholaſticæ iſtorum temporum, ſive ſpectas ſcholarum in Patria noſtra antiqvitatem & numerum, ſive veſtes, qvibus utebantur ſcholares, ſive ſtipendia, qvibus fruebantur, ſive diſciplinam iſtam acerrimam, qva a plagoſis Orbiliis excruciabantur, ſive tempus perlongum, qvo, in qvisqviliis futilibusqve libris ediſcendis, — in ſcholis detinebantur, — hæc omnia elegantiſſime & accuratiſſime tractavit vir exqviſitæ eruditionis, & in hiſtoria Patriæ literaria omnium facile Princeps, *Janus Wormius* in *Tentamine hiſtoriæ ſcholaſticæ Danicæ ante Reformationem*, edito in *Actis Societatis Regiæ Hafnienſis* Tom. XI pag. 345 & ſeqv.

 Præcepta

Præcepta vero, qvibus in ſcholis imbuebantur pueri, qvod attinet, horum exactam delineationem & recenſionem, fieri non potuit, ut vir, omnigena licet eruditione inſtructiſſimus, nobiscum communicaret, ſi eſſet a Bibliothecis Havnienſibus remotus.

APPENDIX.

Sectio I.

Poſtqvam *Langebekius* l. ſæpius allegato Danſke Mag. Tom. I. p. 45 libellum Chriſtierni Petri: *Om Börn at holde til Skole*, recenſuit, excerptaqve varia, qvæ vel ad mores majorum noſtrorum dijudicandos, vel ad genium ſeculi iſtius obſervandum pertinerent, vel unde ſtatus aut eccleſiæ aut ſcholarum & rei literariæ perſpici poſſet, enotavit, relationem ſuam prolixam ſeqventibus claudit verbis: „Men förend vi forlade dette Skrift, „maa vi endnu med et Ord erindre, at „Lutherus i Aaret 1530 til Wittenberg haver

„ladet

» lader trykke en Prædiken *om Börn at holde*
» *til Skole*, hvilken ſiden er indfört i de ſtore
» Samlinger af alle hans Skrifter. Paa det
» nu ikke nogen ſkulle tænke, at M. Chri-
» ſtiern Pederſen enten haver giort en Over-
» ſættelſe af denne Lutheri Prædiken og hen-
» tydet dens Indhold paa diſſe Nordiſke Lan-
» des Tilſtand, eller og haver laanet ſine
» Tanker af Luthero, efterſom de begge ha-
» ve handlet om een Materie, og Lutherus
» et Aar för den anden haver udgivet ſit
» Skrift, da kand vi med Sandhed melde,
» at vi nöye have holdet begge bemeldte Skrif-
» ter imod hinanden, men ſaa godt ſom ingen
» Overeensſtemmelſe ſporet i Materiens Af-
» handling, ei heller kan troe, at M. Chri-
» ſtiern Pederſen nogen Tid har ſeet dette
» Lutheri Skrift, da han gav ſit under Preſſen,
» ſom gandſke viſt bliver hans eget Arbeide."

Ut dici ſolet: interdum bonus dormitat Homerus, ſic magnus noſter Langebek hic toto aberravit cœlo. Agnoſco qvidem Mag. Chri-

Digitized by Google

Chriſtiernum Petri tot & tantis nominibus de Patria eſſe meritum, ut nemo unqvam magis, poenitetqve me aliqvid laudis ipſi derogare; aſt — amicus Plato, amicus Socrates, magis amica veritas — dicam, qvod eſt; libellus totus Mag. Chriſtierni eſt ad verbum tranſlatus ex Germanico Lutheri. In hoc qvidem a vero non abludit ſententia Langebekii, qvod non ſit verſio concionis Lutheri, anno 1530 publicatæ a): ab hac concione omnibus modis diſcrepat opella Chriſtierni. Lutherus vero anno 1524 publicavit exhortationem ſub titulo: *An die Bürgermeiſter und Rathsherren aller Städte Deutſches Landes, daſz ſie chriſtliche Schulen aufrichten und halten ſollen* b). Exhortationem hanc M. Chriſtiernus Petri danico

a) Autogr. Lutheri vid. in *Bibliotheca Harboiana* Part. III p. 36 No. 569.

b) V. Autograph. Lutheri ibid. P. III p. 29 No. 458 — 62. — (In exſcribendo anno editionis, in fronte paginæ 29 Catalogi annotato, per incuriam typothetæ irrepſit error 1525 pro 1524.)

danico donavit idiomate, verſionem rebus & uſui regionum harum ſeptentrionalium accomodavit, & ita danizatam publicavit; ſub Titulo: *Om Börn at holde til Skole og Studium, og at ſkikke gode Skolemeſtere til dem.*

Hæc vero licet ita ſint, attamen haud fas eſt M. Chriſtiernum plagii reum agere; ille nempe ſe nunqvam venditavit autorem, & Langebekius tantum hunc illi vindicare conabatur honorem. Nomem ſuum Chriſtiernus in unico translationis loco expreſſis verbis indicavit; ſcilicet in concluſione, qvæ talis eſt: *Denne Bogh ea (er) prentet i Andorp og rettet af M. Chriſtiern Pederſen, ſöm vaar Cannick i Lund. Aar efter Guds Byrd* 1531. Ex qvibus modo liqvet, M. Chriſtiernum Petri, in ſua verſione typis exſcribenda, editoris & correctoris functum fuiſſe officio.

Sectio II.

Sicut in Dialogo, huic noſtræ *Notitiæ Librorum* præfixo, in utramqve diſputatur par-

Digitized by Google

tem, an *Biblia Pauperum* in numerum ſcriptorum Danicorum ſint referenda; ita Appendicis ſectio ſecunda & ultima verſabitur circa Scriptorem qvendam ex hiſtoria Patriæ litteraria extrudendum, qvi illuc autoritate ſummorum Virorum eſt intruſus. — Unicuiqve Hiſtoriæ Patriæ litterariæ operam navanti facile condonatur talis, ex nimio hujus ſcientiæ fines extendendi ſtudio exortus, error; inprimis, ſi de ſcriptoribus obſcuræ, & tot tenebris obvolutæ, mediæ ætatis fuerit qvæſtio.

Sub Titulo: *Samlinger til den Danſke Hiſtorie*, ab anno inde 1779, editoribus *P. F. Suhm* & *B. C. Sandvig*, prodiit opus, in cujus Vol. I. parte 3 pag. 206 deſcribitur codex qvidam Bibliothecæ Regiæ, manu exaratus, perantiqvus, chartaceus in forma foliorum integra. — Codicis hujus folia qvindecim continent tractatum *de Febribus*, autore *Bernhardo Alberto Studii Montis peſſulani Decano.* Jam monenturlectores, qvod neqve de Patria, neqve de ætate hujus Bernhardi ullibi deprehende

Digitized by Google

henderetur relatio, & qvod vero ſit ſimile, Bernhardum natione fuiſſe Danum, qvoniam nomen patronymicum *Alberti* apud nullam aliam in uſu eſſet gentem. — Eſt vero Bernhardus hic nullus alius, qvam Bernhardus de Gordonio, Medicus Montiſpeſſulanus, defunctus circa annum 1305; qvem prædicant omnes, tam hiſtoriæ litterariæ in univerſum, qvam ſpeciatim hiſtoriæ Medicinæ ſcriptores. Qvod vero *Alberti* non ſit nomen patronymicum, iſtis temporibus genti Danorum tantummodo proprium, ex multis clarum eſt exemplis, v. c. *Petro Alberti*, qvi Major Prior Cluniacenſis floruit circa 1426. vid. Fabricium. Tom. V. p. 236.

Titulum tractatus Bernhardi cum minus recte legit Dn. *Sandvig*, qvid mirum, qvod ſenſum extricare non valeret; legit nempe: *Incipit ſeu prima ſuper de febribus l. can*, cum legendum eſt: *Incipit ſen prima ſuper de febribus 4i can.* — Jam vero cuiqve, rubra librorum Avicennæ, Medici Principis,

Digitized by Google

intueunti, haud difficile eſt compendia vocum hic adhibita ſeqventi enodare modo: *Incipit Fen prima ſuper de febribus quarti canonis.*

— — — — — Rei
Dum nihil habemus majus, calamo ludimus.

Sin autem hæc ſcriptiuncula

TRI-

Digitized by Google

TRIUMVIRIS

PETRO FRID. SUHM,

S. R. M. CLAVIGERO AURATO &c.

JANO WORM,

S. R. M. A CONSILIIS JUSTITIÆ &c.

ABRAHAMO KALL,

HISTOR. IN UNIVERSIT. HAFN.
PROFESSORI &c.

Digitized by Google

UT DE SCIENTIIS UNIVERSIS

SIC DE

HISTORIA PATRIÆ LITERARIA

OPTIME MERITIS,

STUDIORUM MEORUM

PROMOTORIBUS

haud diſplicuerit, impenſius mihi gratulabor.

AUTOR.

Digitized by Google

LIBRORUM,
QVI
ANTE REFORMATIONEM
IN SCHOLIS DANIÆ
PRÆLEGEBANTUR,
NOTITIÆ

MANTISSA

EX
MUSEO HIELMSTIERNIANO,

PER

ERASMUM NYERUP,

PRO STIPENDIO
COLLEGII MEDICEI

DISPUTATUR. D. 19 DEC. 1785. H. L. Q. S.

HAFNIÆ.
Typis FRID. WILH. THIELE.

Digitized by Google

Digitized by Google

In iſto, qvod pro ſtipendio hujus Collegii ſuperiori anno elaborabam, opuſculo illorum pro virili recenſum egi librorum, qvos duo iſta monumenta publica, *ordinatio ſcholaſtica* Chriſtierni Regis, opellàqve Canonici Lundenſis Chriſtierni Petri *de puerorum informatione*, nominatim indicabant medio ævo, & ante reformata ſacra, in ſcholis Daniæ viguiſſe. — Primo qvidem horum librorum exempla, manu exarata, pubis ſcholaſticæ terebantur manibus; & deinde nonnulla ſub initia renaſcentium litterarum, poſt inventam artem typographicam, in exteris terris typis expreſſa, huc advehebantur. — Humanitati debeo ſingulari

Weberi, in ſecretiori Archivo Regio a regiſtratura, & Bibliothecæ Hielmſtiernianæ præfecti doctiſſimi, qvod mihi integrum fuerit omnia, qvæ in litteraturæ Danicæ decus & ornamentum ibi congeſta aſſervantur, cimelia evolvere, & in uſus meos conferre. Hoc igitur loco illam in me ſuſcepi ſpartam, paulo uberiorem, qvam qvæ ex Weberiano Muſei Hielmſtierniani Catalogo poſſet hauriri, notitiam cum orbe erudito communicare illorum librorum, qvi in iſto exſtant Muſeo, & qvos, ante reformationem, in uſum juventutis ſcholaſticæ Danicæ compilatos, & in Dania ipſa typis evulgatos eſſe conſtat. — In ſeqventi vero recenſione ordinem, qvo editi fuere libri, chronologicum ſeqvi, mihi viſum eſt commodiſſimum.

DO-

Digitized by Google

DONATUS.

Sicut inter rariſſima artis typographicæ, jamjam in Germania natæ, primordia occurrit ſcriptum iſtud ab Ælio Donato, celebri Romano ſeculi IV grammatico, compoſitum *de octo partibus orationis*, ſic etiam artis impreſſoriæ, in Daniam noſtram transplantatæ, incunabula ab editione Donati repetenda eſſe, veroſimillimum duco.

Exemplar iſtud *Donati de octo partibus orationis*, qvod Hielmſtiernianam ornat Bibliothecam, foliis conſtat 16 formæ qvadruplicatæ, qvæ non in margine ſupremo ciphris numerata ſunt, ſed infra litteris diſtingvuntur, & qvidem ita, ut folia qvatuor priora

Digitized by Google

ſignata ſint litteræ a i, a ii, a iii, a iiii, folia deinde qvatuor nullā diſtincta ſint litera; ſeqvantur folia alia qvatuor, in qvorum margine infimo iterum habetur b i, b ii &c.; & ad ultimum folia qvatuor non ſignata. — Charta eſt bonæ notæ, ſed parum nitida. In qvavis pagina plerumqve lineæ ſunt 30. Typi haud inelegantes gothici, juſtæ magnitudinis. Compendia literarum, & ſyllabarum nonnulla adhibita ſunt, intricata ſatis, & difficilia lectu. Nullæ diphthongi, nulli cuſtodes, & nulla etiam, ſi punctum & colon exceperis, diſtinctionis ſigna; colon vero plerumqve in iſtis tantummodo adhibetur locis, ubi alias reqviritur ſignum interrogationis. Litteræ initiales ſingularum pericoparum expreſſæ ſunt ſeparatim in ſpatio tam amplo, ut locus eſſet rubricatori iſtas minio obducere, id qvod etiam in noſtro factum eſt exemplari.

Opella, ſine ullo titulo aut inſcriptione, his incipit verbis: Partes oracionis quot ſunt Octo que: Nomen. pronome. verbum. aduerbiu. participiu. coiunctio. prepoſitio. interiectio:

In

Digitized by Google

In 2da & 3tia paginis leguntur seqventes voces: Magiſter, muſa, ſcampnum, ſacerdos, felix, fructus, ſpecies. Deinde: Qve eſt agnicio prime decliationis hoc e cuius gtus & dtus ſingulares & ntus & vtus plurales i ae dypthogo. i. i e loga deſinut accus i a correpta vtus ſimilis e nto abltus in a producta. gtus pluralis in arum correpta dtus & abltus i hiis producta accus in as producta. Prima decliatio lras terminales habet duas. qvas: a & s. termiaciones tres. qvas. a as es vt poeta eneas anchiſes. — Sic de reliqvis declinationibus.

In paginis 5ta, 6ta, & 7ma agitur de pronomine. Deinde de verbis ita —

(qvoniam vero abbreviaturas iſtas obſoletas, & antiqvitatis notas, lineolis ſuperinjectis, aliove modo ſupplere & ad amuſſim exprimere non poſſunt hodierni, tali characterum genere deſtituti, typographi, ſatius eſſe duxi, ſi in hoc cæterisqve locis tranſſcribendis, ſcripturæ uterer conſveto genere, typographo familiari)

de verbis vero Donatus noſter ita incipit: Verbum qvid eſt: pars orationis cum tempore & perſona ſine caſu agere aliqvid. aut pati aut neutrum ſignificans Verbo qvot accidunt: ſeptem. qve. qvalitas conjugatio genus numerus figura tempus perſona. Qvalitas verborum in qvo eſt: in modis & in formis Modi qvot ſunt: indicati-

Digitized by Google

vus ut lego. imperativus ut lege. optativus ut utinam legerem. conjunctivus ut cum legam infinitivus ut legere. imperſonalis ut legitur. &c.

Pag. 9na occurrit varians lectio, dum inter verba neutropaſſiva habetur: mereo meritus ſum, pro qvo in aliis editionibus legitur: audeo, auſus ſum; fido, fiſus ſum.

Pag. 11. Participium qvid eſt: pars orationis partem capiens nominis partemqve verbi. &c.

Sub calcem habentur verſus ſeqventes:

Doctoris docti donati dogmata diſcant
Principio pueri, poſt graviora legant
Qve ſi perfecte traduntur arte decenti
Auxilium menti conferunt atqve bonum.

Mox infra:

Finit donatus Hafnye per me gotfridum de ghemen.

Subjicitur, in area circiter media paginæ ejusdem poſtremæ, imago, ligno inſculpta, Chri-

Chriſtum præſentans crucifixum, cum tali ſubſcriptione:

Laus tibi ſit Chriſte quoniam (qvoniam) liber explicit iſte.

Hicce Gotfridus vel, uti etiam nominatur, Gothofredus de Ghemen, referente L. Terpagero in Schedula *de Typographiæ natalibus in Dania* pag. 9, natus erat in oppidulo Ghemen dicto, in ducatu Schauenburgico, primusqve, qvi artem typographicam ex vicina Germania, ubi jam pridem inventa erat, in Daniam transvehendo, libroſqve non ita paucos eosqve utiliſſimos ex officina ſua Hafniæ emittendo, incloreſcebat.

Sic qvidem de impreſſore noſtri Donati, locoqve impreſſionis conſtat, de editore autem & anno non iisdem. Cum vero qvoad chartam, typorum figuram & compendia, linearum inter ſe ſpatia, ſignorum diſtinctionis paucitatem, ciphrorum, numerum foliorum indicantium, nec non cuſtodum defectum, minimasqve adeo circumſtantias, eum ſeqventibus duobus, qvæ ſub exa-

Digitized by Google

men vocabo, opuſculis grammaticis, ita conveniat, ut non ovum ovo ſimilius, probabili utens conjectura, aſſumo, Donatum eodem tempore, ſumtibusqve & cura ejusdem viri prodiiſſe, ac iſta, ad qvæ edenda ſine dubio ſe deinde accinxit, Donati libello ſpeciminis loco prius evulgato.

FUNDAMENTUM IN GRAMMATICA

librum eſſe ordine ſecundum, qvi typis, in Daniam propagatis, commiſſus eſt, autumo. Non ſecus ac Donatus, ut dixi, caret ciphris, cuſtode, diphthongo; compendia vocum freqventia adhibita ſunt; literæ initiales minio obductæ, conſtatqve liber foliis 38 formæ qvadratæ.

Titulus integer in folio primo ita expreſſus legitur: *Fundamentum in gramatica deſerviens ſcolaſticis pro leviſſima informatione ſcola-*

Digitized by Google

ſcolarium utiliſſimum atque rarum. Folium ſecundum inſcribitur: *Regule ex donato & remigio aliisqve doctoribus grammatice pro ſtabili fundamento ſcholarium collecte feliciter incipiunt.*

Donatus, qvi hic nominatur, eſt idem cum ſupra laudato Donato, autore libri *de octo partibus orationis.* Remigius vero eſt Remigius Autiſſiodorenſis monachus ordinis S. Benedicti, vir, ut prædicat *Gallia Chriſtiana* Tom. XII. pag. 364. nulli doctrina ſecundus; anno 882 a Fulcone Archiepiſcopo Remenſi ad ſcholam ibi regendam evocatus. Primus etiam ille fuiſſe perhibetur, qvi poſt Caroli Magni tempus Lutetiæ Pariſiorum docuit. vide ſis G. G. Keuffelii *Hiſtor. Scholarum* p. 528 & Launoium *de ſcholis celebribus* Oper. Tom. IV pars 1. pag. 62.

Enumerantur autem in noſtro libro, ſecundum Donatum, octo partes orationis. Ita qvidem incipit: Petrus qve pars: nomen. qvare: qvia ſignificat ſubſtantiam cum qvalitate propria vel com-

communi De propria exemplum ut Petrus Johannes De communi ut dominus ſervus. Qvale nomen Subſtantivum. qvare: qvia poteſt per ſe ſtare in locutione. & eſſe ſuppoſitum verbi perſonalis. ut petrus mandat. &c.

Heu qve pars Interjectio qvare: qvia interjacet ceteris partibus in oratione. & eſt affectum mentis voce incogniti (ta) ſignificans: qvia plerumqve vox ejus inarticulata & confuſa eſt. ut ſcribi non poſſit.

In pagina averſa folii 11mi: Regule remigii emendate & correcte Hafnye pro fundamento primo diſcipulorum incipiunt ibidem impreſſe ſub correctione & emendatione.

Sub hocce titulo generali comprehenduntur ſubdiviſiones ſeqventes:

a) Forma comparandi declinandiqve adjectiva nomina: atqve conjungendi verba regularia & irregularia. Ad finem conjugationis verborum irregularium dicitur: Aliorum defectivorum conjugatio ſufficienter & plane patet apud Alexandrum in ſexto capitulo. ſcil. Donatum ſeqvere per verba fruentia lege *).

b) Di-

*) De Alexandro, qvi hic citatur, agitur in illa, qvam anno priori conſcribebam, diſſertatione.

Digitized by Google

b) Diviſiones verborum correcte & emendate. verbi cauſa: Prima diviſio eſt. qvod omne verbum aut eſt ſubſtantivum. vocativum. vel adjectivum. — — — — Qvinqve vocantia dicas tantummodo verba Nuncupor appellor nominor dicorqve vocorqve. — — Secunda diviſio verborum eſt iſta. qvod omne verbum adjectivum aut eſt perſonale aut imperſonale. — — Tertia diviſio verborum eſt. qvod omne verbum perſonale aut eſt tranſitivum qvod & perfectum dicitur aut abſolutum Qvid eſt verbum abſolutum: qvod cum nominativo ſuppoſito facit ſenſum perfectum absqve obliqvo appoſito. ut ſortes currit.

In pagina adverſa folii 22 exſtant: Generales regule congruitatum puerorum. Hæ regulæ ſunt; adjectivum & ſubſtantivum debent convenire in genere, numero & caſu; ſuppoſitum & appoſitum debent convenire in numero perſona & rectitudine caſus, ut ſortes currit, Deus regnat. &c.

In pagina anteriore folii 23: Incipiunt Congruitates communes pro pueris; qvæ ad finem usqve libri continuantur. Unam alteramve apponam periodum:

Volo

Digitized by Google

Volo legere eſt oratio latina Eſt. qvare. qvia nos habemus regulam a gramaticis. qvod qvando duo verba ſimul conveniunt in una oratione ſine conjunctione media. tunc alterum eorum erit infinitivi modi. legere eſt infinitivi modi ergo eſt oratio latina. unde

Cum verbum verbo ſimul aſſociabis in unum
Tunc reliqvum qvinti convenit eſſe modi.

Venatu regredimur nos. Eſt hec oratio latina: Non eſt. qvare: qvia ultimum ſupinum ſolum conſtructum cum nominibus adjectivis. ut facile dictu. i. ad dicendum horribile viſu. i. ad videndum. Jocundum auditu. id eſt ad audiendum. Teſtes apud priſcos autores ſunt Priſcianus & Qvintilianus. apud vero noſtre etatis laurencius valla teſtis eſt. Cum dicit libet caſtigare vulgus imperitum gramatice profesſorum qvi univerſum ſane orbem ſtulto errore pervertunt. ſic ſemper loqventes, eo lectum. venio lectu. pergo auditum. revertor auditu Qvi error unde profectus. & qvo ex fonte imperitie emanaverit. neſcio Sumoqve opere admiſſionem publicam admiror. qvod tamdiu a nemine animadverſum eſt capitulo xxix primi *).

Non-

*) Deſumtus eſt hicce Laurentii Vallæ locus ex Elegantiarum libri I. Cap. 31. (non 29, ut auctor noſter habet; qvi etiam ſubſtituit admissionem, loco vocis hallucinationem).

Digitized by Google

Nonnullis hujus ſcripti locis vocabula interſperſa ſunt danici vel germaniæ inferioris idiomatis, ex. gr. in folio 2do novus nye. novior nyer. noviſſimus allerſyſte. In folio 3tio Domini die heren. In folio 21. penitet het ruwet. iuvat het luſtet. legitur men leſt. docetur men leert.

Liber clauditur hiſce ſubſcriptionibus: Regule latinitatum correcte emendateqve Haſnye pro fundamento ſcholarium feliciter finiunt.

Filioli id vobis ſertum capitote latinum
Centeno textum flore qvod exhibui
Semper eo verno caput ipſi cingite veſtrum
Fervor uti vobis creſcat in omne decus.

Ad laudem & gloriam dei omnipotentis & ſanctiſſime dei genitricis virginis marie totiusqve celeſtis curie Atqve ad profectum non modicum puerorum inſtruendorum in gramaticalibus fundamentis informatorum qvoqve ampliorum alleviationem preſens tractatus Impreſſus eſt Haſnye in curia domini doctoris Petri alberti. per me gotfridum de ghemen. Anno domini M. cccc. xciii. In vigilia apoſtolorum Petri & Pauli.

Petrus

Petrus Alberti, qvi hic nominatur, eſt ille, cui tot nominibus devincta eſt res litteraria Danorum, qvi referente Vindingio in Academia Hafn. pag. 55 Coloniæ Agrippinæ Magiſter artium renunciatus, Medicinæ postea Licentiatus evaſit; accitis deinde, mandato Regis Chriſtiani I. ex univerſitate Coloniensi Magiſtris, baccalaureis & ſcholaribus, anno 1479 initium univerſitatis Hafnienſis fecit, & primus Academiæ Vice-Cancellarius conſtitutus eſt. Poſtea Juris pontificii doctor Hafniæ creatus eſt, & Rectoratum Academiæ ab anno inde 1491 ſæpius geſſit. obiit 1517.

REGULÆ GRAMMATICÆ.

Eſt hoc, ex noſtra hypotheſi, tertium, qvod in uſum ſcholaſticæ juventutis in Dania prodiit, opuſculum, cum duobus præcedentibus in omnibus & ſingulis circumſtantiis, qvoad formam externam & internam, exacte congruens.

Ad

Ad hunc librum, qvi foliis conſtat 48, pertinuiſſe folium, in qvo titulus generalis totius collectionis ſeorſim expreſſus fuerit, opinor qvidem, aſt non contendere audeo. In ſupremo margine folii, qvod in noſtro exemplari eſt primum, habetur talis inſcriptio ſingularis tractatus, qvi decem abſolvitur foliis, nempe: *Regule Emendate Correcteqve Hafnye de figuratis conſtructionibus gramaticis ex diverſis paſſibus ſacre ſcripture ac poetarum feliciter incipiunt.* Ita vero incipit: urbem romam primum romulus condidit. Eſt oratio latina: eſt nedum latina ſed & figurata qvidem Qvomodo latina & figurata eſt. cum figura ſit vitioſa conſtructio Id neqvaqvam verum eſt. Nam figura non a vitio ſed ab ornatu dicitur. Qvid igitur eſt figura Eſt ſpecialis & artificioſa & ornata partium orationis latina conſtructio Qva ergo figura eſt figurative latina: Appoſitione Qvare: qvia hic eſt immediata & figurativa duorum ſubſtantivorum ſimilium caſuum ad eandem rem pertinentium majus communi precedenti & minus ſeqventi conſtructio. — — unde. Apponens duplices ſubſtantivos ſibi junges In caſu ſimili poteritqve genus variari Tunc illos ad rem ſpectare decebit eandem Et plus commune precedere debet in

ſtris Sicut homo ſortes animal capra conſimilesqve. *)

In folii XX pagina averſa: Regule Emendate Correcteqve latinitatum Impedimentalium ſecundum alexandrum & alios doctores grammatice felititer incipiunt.

Ex his impedimentis locum adferam ad iſtorum temporum ſanctam ſimplicitatem, geniumqve ſeculi, humaniorum literarum expertis, declarandum apprime aptum, qvi talis eſt: In atriis tuis iheruſalem iheruſalem qve edificatur ut civitas. **) Eſt hec latina: Eſt permiſſive latina auctoritate ſacre ſcripture. Qvare: qvia qvando relatio fit ad vocativum caſum. tunc verbum relativi debet eſſe ſecunde perſone & non tertie. qvi ſcribis adverte dicendum eſt & non qvi ſcribit. Ea enim eſt ſacre ſcripture majeſtas. ut gramatice legibus non ſit ſubjecta. qve per divinam revelationem & ſpiritum ſanctum manifeſta (ta) eſt. & per ſanctos patres nobis adminiſtrata qvi ſpiritu ſancto pleni non ad gramaticas leges reſpexe-

*) Hoſce verſus auctor deſumſit ex famoſa iſta parte II Doctrinalis Alexandri de villa Dei. conf. Diſſert. noſtr. præviam pag. 19.

**) Eſt Pſalm. 122 verſ. 2 & 3 verſionis vulgatæ.

ſpexerunt ſed revelatam veritatem ſimpliciter expreſſerunt. Nos igitur hujusmodi conſtructionibus uti non debemus. ſed eas propter auctoritatem ſacre ſcripture permittere. Ut in pſalterio Benedicite aqve omnes qve ſuper celos ſunt domino. unde. Et perſonalem permutat proprietatem Ut domino benedic aqva qve celos ſuperexſtat. Sed non eſt nobis imitanda relatio talis *).

In folio 23. Regule Correcte Emendateqve Conſtructionum feliciter incipiunt:

In folio 31. Regule orthographie Et artis metrificandi correcte emendateqve ſine qvibus verſus & dictamen boetii Saxonis gramatici & plurimorum intelligi non poſſunt Et comprehendunt tertiam partem & qvartam alexandri feliciter Incipiunt.

Librum claudit seqvens ſubſcriptio:
Auree Regule partium grammatice artis fundamentales totum latinitatis fundamentum continentes Felicem finem habent.

Id parvum latinitatis opus Ingenuis adoleſcentes. Impreſſum eſt in univerſitate haffnenſi per me Godefridum de ghemen. Expenſis docto-

 ris

*) Allegatum hoc etiam ex Doctrinali huc tranſlatum.

ris Petri alberti de haffnya. Anno noſtre ſalu-tis M. cccc. xciii. In profeſto ſancti kanuti Dacie regis & martiris.

Qvamvis in his duobus libellis non pauca deprehendantur barbariei iſtorum temporum veſtigia, jejunarum itidem, obſcurarum & perplexarum regularum non parva farrago, negari tamen non poteſt, qvin eximiam & egregiam mereatur Petrus Alberti laudem, qvi ex iſtis magnæ molis libris tot tricis & ineptiis tot dialecticorum ſubtilitatibus refertis, Doctrinali ſcilicet, Græcismo, Labyrintho, Floriſta, aliisqve hujus furfuris optima ſelegit, correxit, in ordinem redegit, ſuisqve ita expenſis Encyclopædiam iſtam grammaticam tripartitam, qvam recenſuimus, in uſum Danicæ divulgavit juventutis.

Qvod vero illa tempeſtate, etiam apud exteros, non parvi æſtimata fuerit inſignis a Petro Alberti in hiſce opuſculis colligendis & edendis collocata opera, vel exinde conjicere licet, qvod duo iſti libelli, *Fundamentum in Grammatica*, & *Regulæ Grammaticæ*,

junctim

Digitized by Google

junctim ederentur Coloniæ 1502. 4to, ex officina Henrici Qventel, ſub titulo generali; *Fundamentum Scholarium*; cujus editionis exemplum videre mihi contigit in Bibliotheca Thottiana.

Curſum hunc Grammaticum ordine qvidem chronologico excipere debebant

Parabolæ Petri Laale

impreſſæ & divulgatæ Hafniæ, primum anno 1506, deinde 1508; aſt in illis, qvæ in priori diſſertatione pag. 56 ſeqq. de hiſce Adagiis attuli, pro tempore acqvieſco.

GRAMMATICA CHRISTIERNI TORCHILLI.

Hicce Chriſtiernus Torchilli cognomine Morſianus, in peninſula Mors in Jutia ſeptentrionali circa 1485 natus, permultos annos ſtudiorum cauſa peregre proficiſcebatur. In

Digitized by Google

patriam reverſus primum Rector ſcholæ Hafnienſis conſtituebatur; deinde in ordinem profeſſorum adſcitus, Medicinæ Doctor & Profeſſor creatur, aliqvoqve temporis ſpatio interlapſo, poſtqvam aliqvoties Academiæ Rectoratum geſſerat, anno demum 1544 Academiæ factus eſt Vice-Cancellarius. obiit 1560.

Varia ejus apud Wormium enumerantur ſcripta; ex qvibus ad rem noſtram facit collectio hæc grammatica, qvæ foliis conſtat 24, formæ qvadripartitæ. Scatet vocum conpendiis, qvæ abbreviaturas vocant, usqve adeo, ut lectio minus exercitatis paulo impeditior reddatur. Paginarum numeri, ſignaturæ & cuſtodes deſunt. Character typorum monachalis eſt, admodum niger. Signum diſtinctionis minimum, qvod comma vocamus, adeſt, præter punctum, & duo puncta.

Argumenta, qvæ in opuſculo tractantur, copioſe ſatis indicat titulus, hiſce expreſſis verbis:

Index

Digitized by Google

Index eorum, que in hoc volumine continentur.

De latina conſtructione viginti quinque precepta ad puerorum inſtitutionem. ex probatiſſimis grammaticis Auctore: ut fertur: Joanne Murmelio.

Regule grammatices Joannis Bugenhagenii: aucte in quinta regula de verbis imperſonalibus.

Rudimenta Jo: diſpauterii.

Hec omnia, a Chriſtierno Torchilli Ludimagiſtro Haffnenſi Ad ſtudioſe iuventutis utilitatem collecta, recognita, atque caſtigata ſunt.

Libellus ad lectorem.

Trado rudimentis: aptam puerilibus artem
Parvus hic ex magno: rivulus amne fluit
*Nunc atabandiacos:**) *conſumat flamina libellus*
Floreat auſpiciis: lingua latina meis.

In ejusdem, qvo excuſus eſt titulus, folii pagina averſa legitur primum Decalogus ver-

*) Vis hujus vocis me latet; ſimilia qvidem in Lexico Du Cangiano reperiuntur vocabula, ſed qvorum ſignificatio etiam hic non qvadrat.

verſibus hexametris reddita ab Aldo Manutio, una cum ſeqventi Hermolai Barbari verſu:

Venter pluma venus laudem fugienda ſeqventi, aliisqve qvibusdam ſententiis moralibus, & infra:

Venundatur Haffnis in edibus domini Pauli Reff.

Paulus Reff erat Canonicus Hafnienſis; Rectoratum Academiæ anno 1508 geſſit, ſecundum Vindingium in Academia Hafnienſi pag. 59. Ejus cura & impenſis haud pauci iſtis temporibus prodibant libri typis excuſi.

Qvam acriter in hoc tractatu Johannes Murmellius Ruremundenſis, circa initium Seculi XVI Rector Monaſterienſis, inſectetur iſtos barbariei, longe lateqve in omnibus Europæ ſcholis dominantis, foetus, Doctrinale, Græcismum, Labyrinthum, Floriſtam, & qvæ ſunt cætera; & qvam impenſe in id incumbat, ut undiqve e ſcholis expellat hæcce barbariei fomenta, videre eſt ex concluſione, qvam, ad ipſius probandum ſtudium, hic adponam:

Plura precepta, qve de conſtructione dari facile poſſunt,

Digitized by Google

poſſunt, conſulto pretermiſimus admonendo pueros, ut hiis electis & cognitis, caveant ſibi, a libris ſoli vulcano emendandis: & conferant ſe ad probatos grammaticos, qvorum adhuc neminem (licet permultos legerimus) de latina conſtructione exacte ſcribentem offendimus. Adeo res eſt varia & multiformis, ut facilius multo ex poetarum oratorum hiſtoricorum aſſidua lectione qvam vel omnium grammaticorum preceptis deprehendas.

Paragraphus 19 de Præpoſitionibus, hæc habet: Prepoſitiones eo modo conſtruende ſunt qvo precipit donatus inſignis grammaticus in libello ſuo de octo partibus orationis: qvem ubi pueri didicerint, mox ſe ad hunc libellum conferant: omiſſis ſupervacaneis trivialium pedagogorum doctrinis, hinc ad probatos artium ſcriptores idoneum facile gradum habituri.

Seqvuntur Regulæ Bugenhagenii, duo complentes folia, in qvibus non ſine laude nominat Murmellium. Incipit ita: Pauca hec predictis non temere addita ſunt. Advertant tamen qvicunqve diſcipuli non eo me impudentie proceſſiſſe: ut velim Murmelii noſtri regulas emendare &c. & in fine etiam illum de meliori nota commendat his verbis: Jam receptui ca-

 vendum

Digitized by Google

vendum (canendum) eſt: ne qvod maxime Marcellus noſter regulis ſuis obſervare voluit, id eſt brevitatis viam: qva cum primis literarum tyrones juvantur & recte inſtituuntur, nos inepta prolixitate & preceptorum congerie turbemus.

Folia, ab octavo ad duodecimum, occupant Rudimenta Johannis Deſpauterii. — Qvod rudimenta Deſpauterii, aucta & emendatius edita, Patres in Synodo Mechlinienſi anno 1514 præceperint, loco *Doctrinalis* Alexandri, pueris in Gallia prælegi, ex Bulæi *Hiſtoria Univerſ. Pariſienſ.* attuli in Diſſertat. priori pag. 16.

Folium 13tium inſcriptum eſt: Item: Rudimenta Joannis deſpauterii de octo partibus orationis qvicqvid in juvenum introductorio continetur; multo ſignificantius & verius complectentia.

Sæpiſſime qvidem in hacce opella Donatum preſſo pede ſeqvitur Deſpauterius; eſt etiam, qvando ab eo diſcedit, ex: gr: Conjugationes verborum qvot ſunt, qvatuor: qve, prima ſecunda tertia qvarta. Cur ergo donatus ſolum ponit tres, qvia tertiam dividit in tertiam

bre-

Digitized by Google

brevem; & tertiam longam, qvam nos qvartam vocamus.

Alius locus ita habet: Declina dominus per regulas Donati vel per agnitionem. Non diſcimus agnitiones donati. Qvare, qvia declinationum regulas ex alio libro perfectius Chriſto favente diſcemus.

Permulta in hoc tractatu vernacula redduntur vocabula, qvorum nonnulla excerpam ex folio 20: Amo dic vernacule. Amo ieg elſcker. Amabam ieg tog til at elſcha. Amavi ieg elgſta. Amaveram Jeg haffuer elſckit Amabo ieg ſchal elſcha. Amor ieg elſckis. Amabar ieg elſchedis Amatus ſum vel fui ieg er elſckit eller war elſchit. Amatus eram vel fueram ieg war elſckit eller haffuer warit elſchit.

Totius collectionis grammaticæ talis eſt concluſio: Finis viginti qvinqve preceptorum Joannis Murmellii de latina conſtructione. Regularum grammaticalium Joannis Bugenhagenii: & Rudimentorum Joannis Diſpauterii. Anno domini Milleſimo Qvingenteſimo Decimo Nono. P. R.

Cum Privilegio.

Litteras

Digitized by Google

Litteras duas P, R indigitare Paulum Reſſ, cujus impenſis & ex cujus officina liber prodiit, qvisqve facile perſpicit.

EPISTOLÆ MAGNI TURCI.

Has epiſtolas typis ſæpius exſcriptas ac evulgatas vidit Germania. Sicuti ſeculis XV & XVI tyronibus, latina facundia imbuendis, in ſcholis proponebantur, ita ſeculi etiam XVII anno qvarto ab Hermanno Vaſtelabo, & octuageſimo a Johanne Auguſto Egenolpho in gratiam ſtudioſæ juventutis emendatius & limatius edebantur.

Qvod etiam in Dania noſtra laudatores & admiratores nactæ ſint ſuppoſititiæ hæ, & a, neſcio qvo, exercitii cauſa fictæ & conſcriptæ epiſtolæ, monſtrat titulus talis:

Epiſtole auree turci: Cognomento magni ad diverſos terrarum reges. populos atque prin-

Digitized by Google

principes miſſe. Que quidem cum ſuis (ut ſic dicam) reſponſivis. ſupra quod dici poteſt ele- gantes. Mirificam rerum gravitatem nec minorem cum jocunditate varietatem complectuntur Interprete Laudino equite Hieroſolimitano viro doctiſſimo & optimo.

Frontiſpicium ornant: Arma regis Daciæ, & ſub calcem ſeqventia: Impreſſum Haffnie per Melchiorem Blumme Anno a natali chriſtiano. Milleſimo qvingenteſimo decimo nono.

Conſtat hoc opuſculum foliis 10, abſqve ciphris, ſignatura, cuſtode; character typorum eſt gothicus parvus; compendia vocum ſunt freqventia; litteræ vero initales in dictæ florulentæ.

Varia de epiſtolis hiſce Magni Turci *) diſputavimus in *Spicileg. Bibliograph.*

*) De Turco Minore agitur in ſcripti, per ſingulos menſes ſub nomine MINERVÆ prodeuntis, menſis Octobr. pag. 33, ubi etiam ſermo eſt de qvadam epiſtola Turci minoris ſpuria & ſuppoſititia, non tamen facun-

graph. pag. 99 ſeqq. ad qvod Lectorem remitto.

HENRICI FABRI HORTULUS SYNONYMORUM.

Liber hic luculenter monſtrat, qvam indefeſſo ſtudio, qvantoqve labore purioris & cultioris latinitatis in Dania aſſertores & vindices in id incubuerint, ut foeda iſta medii ævi barbaries patria expelleretur; claraqve præbet teſtimonia de doctorum tunc temporis virorum, qvi humanitatis ſtudia apud nos reſtituere conabantur, in futilia & inutilia præcepta ſcholaſtica debellando conſtantia. In hoc igitur fuſius & largius deſcribendo facile mihi indulgeo.

Titu-

facundiæ latinæ docendæ cauſa confictæ, ſoloeciſmis utpote ſqvalentes. — Forſan vero noſtræ Epistolæ Magni Turci occaſionem dederunt Johanni Meſſenio iſtam fabellam de literis Turci fabricandi.

Titulum in fronte gerit ſeqventem: *Hortulus Synonymorum: per Henricum Fabrum Elzebogenſem: ad uſum Danorum concinnatus: cui libellus de vocum proprietatibus ſubjunctus eſt: tam ſolutam orationem qvam ligatam ſcribere volentibus opidoqvam utilis & neceſſarius.*

Subjungitur in eadem prima pagina: Petri Parvi Roeſcheldenſis ad ſtudioſum qvenqve purioris literaturæ tyronem, protrepticum Ogdoaſtichon extemporaneum:

Si cupis Aonidum ſacros inviſere fontes,
  Ludit ubi ad doctam turma novena chelim;
Hac iter eſt, ſi forte velis Ciceronis adire
  Floriferos campos: en via aperta tibi;
Fontibus his etenim hic rivus defluxit; & illos
  Qvos carpis flores Tullius ipſe dedit:
Conſitus hinc Hortus tam floriger eſt tibi: pro qvo
  Debetur fabro gratia multa meo.

Titulum excipit ejusdem Petri Parvi ad Fabrum epiſtola parænetica, cujus qvidem varia jam antea dedit Jacobus Gamſt ſpecimina in docto iſto & eleganti, qvod de noſtro

Petro

Petro Parvo, primis ſanioris doctrinæ in Dania reſtauratoribus jure meritoqve annumerando, 1755 edebat, Schediasmate; integram vero fere epiſtolam, qvippe qvam rei, qvam agitur, conjunctiſſimam, hoc loco exhibemus, facillimeqve veniam a lectoribus, celebrandæ veteris Danorum gloriæ ſtudioſis, hac in re impetrare ſperamus

Petrus Parvus Roeſcheldenſis non minor bonorum, qvam erudite doctorum amator: politioris doctrinæ ſtudioſorum minimus: acerrimo incultæ literaturæ apud noſtrates oppugnatori: Henrico Fabro Elzebogenſi: ſuo fratri conſœderato plurimum amando S. P. D.

Poſt initam inter nos primum apud Roſtochium familiarem conſvetudinem, fidamqve ſocietatem: qvæ ob ſtudii mei purioris ſcilicet literaturæ nonnullam (qvam in me conſpicatus es) umbellam, itidemqve propter jucundulam illam (qvam in te mirum in modum veneror) mundioris eloqvii venuſtatem: fidemqve intemeratam honeſtiſſimis moribus tuis inſolubili qvodam nexu colligatam, utrinqve indies gliſcente amore adeo excrevit, ut jampridem in ſanctiſſimæ amicitiæ ſummum faſtigium, hoc eſt ad fraternam uſqve con-

Digitized by Google

confœderationem cum maximo utriusqve deſiderio & conſenſu pervenerit, &c. — — — — ab urbe Lipſia trium lingvarum Latinæ Grecæ & Hebraicæ doctrina florentiſſima, nuper reverſus: ad me pertuliſti Epiſtolam ſvaviſſimam — — in qva præſtantiſſimus literariæ militiæ dux jam dudum æditis in lucem non paucis divini ingenii ſui & eruditionis multijugæ monumentis: phama apud doctos & ſtudioſos qvosqve non ſine magna nominis ſui celebritate cognitus, & idem iucundiſſimus noſter amicus Hermannus Tulichius: Petrum Parvum ſuum: ſibi ne a facie qvidem notum, tuo penicillo — — — graphice depinxit effigiavitqve. — — — Efficiam medius fidius ſi qvoqvam pacto fieri poterit, ut eundem ipſum: & eruditiſſimum Petrum Moſellanum jam (ut phama eſt) Lipſiæ ſumma cum laude Latinæ & Grecæ fideliter docentem: doctiſſimumqve Philippum Melancthonem: Martinum Lutherium theoſophicæ veritatis nobilitate inſignem doctorem Theologum maximeqve excellentem Virum Dominum Joannem Raghium Aeſticampianum Poetam & Oratorem Laureatum: & ſanctiſſimæ Theologiæ eximium Doctorem: ceterosqve apud Vittenbergam trilingvi eruditione multo clariſſimam — — — coram videam. — — Tu interea mi Henrice chariſſime, deſine me tuis tantopere ſupra modum apud qvoscunqve doctos &

indoctos onerare verius qvam ornare laudibus: ſic etenim fuerit apud eos & tue fidei & meo pudori rectius conſultum: — — — Qvodſi animo tuo fixum immotumqve ſederit: meam parvitatem tuis laudationibus evehere: dicas oro Petrum Parvum tuum, Divinæ poeſeos oratoriæ veterisqve Theologiæ eximios Doctores, profeſſores & ſtudioſos omnes: majore (qvam facile dici credive poteſt) amore, & eo ipſo ad extremum ſpiritum perpetuo, proſeqvi. inter qvos ſtudioſos ſcilicet, tu mi frater: id qvod magnopere gaudeo: locum tenes non infimum: qvippe qvi: licet ipſe non tua, non præceptorum etiam, ſed temporis culpa: & nobis adverſæ ſortis injuria (qvod idem & mihi aliisqve ante me noſtræ patriæ multis alioqvi graviſſimis & modeſtiſſimis viris pro dolor infoeliciter ceſſit) non fueris in teneriuſcula ætate terſioribus (qvas jam probe calles) diſciplinis imbutus — — — ab iſtis jure meritiſſimo maxime abhorres, qvi deteſtabili qvadam ignorantia, qva ipſa cum ſcientiæ perſvaſione conjuncta (ut ſcribit undeqvaqve doctiſſimus Magnus ille literarii exercitus imperator & Monarcha Chriſtiano orbi diu deſideratus Deſiderius Erasmus Roterodamus) nihil eſt arrogantius. — — — indigne & ægre ferunt ephoebos nunc facilius & melius inſtitui qvam

ipſi

ipſi rudibus annis fuerint inſtituti dolentes vehementer alios illac carpento vehi, qva ipſi pedibus iter fecere. — — — — Superiore anno Dictionarium ipſum, qvod vocabularium danicum inſcribitur: Parrhiſiis primum, dein Agrippinæ Coloniæ non ſine mendis minieralibus calamis excriptum, apud Lipſicam academiam longe famigeratiſſimam: nobis emaculatum adauctumqve reddidiſti. Macte igitur virtute eſto mi Henrice & Synonymorum Hortulum tua manu ex ſurculis latini viridarii, ſeu potius longe lateqve patentis campi, multo ſudore conſitum jam flores gemmasqve effundentem. fructusqve ſvaviſſimos ſuo cultori haud dubia fide promittentem: noſtris (ſatis enim eum adornaſti, ſepibusqve feciſti munitum) uſibus qvam primum accomoda. Et deinceps ut pulchre inſtituiſti perge; atqve ſcriptis tuis vivaqve voce juventuti Danicæ candidas literas candide imparti: qvod factitando: aut in ſummum (ut inqvit Fabius) evades: vel certe multos infra te videbis. Vale. & me tui amantiſſimum; ut facis: redamare perſevera Raptim Haffniæ: qvæ ſine controverſia princeps eſt omnium totius regni Daniæ, oppidorum. Ad nonas Decembres Anno poſt virgineum puerperium Undevigeſimo ultra ſesqvimilleſimum.

 Epi-

Digitized by Google

Epiſtolam, qvam fert ad verbum totam, qvippe qvæ nobis mire placuit, inſeruimus, excipit:

Ejusdem Petri Parvi Roeſcheldenſis ad puellum cultæ literationis amatorem Qværimonia extemporalis decaſticha.

Ut ſors ambigua eſt: ſi neſcis: & omnia verſans
  Ut tempus tribulos fertqve, refertqve roſas.
Nos tibi ſpectaculum miſerum juveneſqve ſeneſqve
  En ſumus exemplo neſcia turba tibi:
Sed tu plaude puer, patria eſt cui danica tellus
  Qvod tibi temporibus naſcier hiſce datum eſt.
Nam tua ſors multo melior qvam noſtra: docentes
  Nobis cum ferulis barbara ſcripta dabant:
At tibi cum miſſis jamjam dant cruſtula blanda.
  O ſors ſic varias ingenioſa vices.

Seqvitur demum ipſius autoris, Henrici Fabri, ad lectorem præfatio, in qva, ſi præſens ſcriptum haud diſplicuiſſet, pollicetur, ſe pro viribus conaturum, aliorum hujus generis libellorum, ſed longe doctiorum & meliorum freqventer lectori copiam facere. ut (ubi hec didicerit) ad clarorum Auctorum, inprimis

Digitized by Google

primis Terentii, Ciceronis, Et utriusqve Vergilii, Chriſtiani ſcilicet Baptiſtæ Mantuani: atqve ethnici Maronis imitationem ſeſe conferat.

Librum ipſum qvod attinet, haud paucæ inde colligi poterant Symbola, ad augendas, methodo Badeniana, lingvæ vernaculæ copias, cui uſui etiam alii hujus ævi libri ſcholaſtici, ſi vocum tantummodo adfuerit interpretatio Danica, majori cum emolumento, qvam lingvæ latinæ inde ediſcendæ, inſerviunt. Ita boare, intonare, conſonare, reſonare, reboare, mugire, clamare hic vertuntur per ath böghe; Fucare, rubicundare faciem per ath farwe eller ath lödhe; Tantum, ſolum per allſomeniſte; Mentiri, nugari, blatterare, nugas garrire redduntur per ath liwe fisle oc ſqvaldre; Bracha, femorale, ſubligaculum per Brog; Negotium, labor, cura per Hverff eller yd; Carnarius, lanius; lanio per Ködmanger; Doctrina, diſciplina, Literé, eruditio, ſcientia &c. per Lerdom, kennedom; Coqvina, culina, popina per Stegerſe.

 Cata-

Catalogo Synonymorum abſoluto, libellum autor ſubjunxit, ex qvo cujusqve vocis propria vis, & qvid una ab alia diſtet, cognoſcitur, ut dicitur in præfatione: cum non raro uſu veniat, ut multe dictiones, ſuo qveqve loco, eandem rem declarent, peculiari tamen ſenſu & ſtructura diſtingvantur: ne id ipſum ignorans per inſcitiam pecces, libellum qvendam ad hoc inſtitutum ſubjunximus.

Tractatus vero iſte ſic inſcribitur: De vocum proprietatibus ſeu terminorum differentiis in Hortulum Synonymorum annotatio ex M. T. C. & compluribus receptiſſimis Oratorum ac Poetarum campis noviter ſelecta & ad alphabeticum ordinem comportata atqve repoſita: Authore Cingulario *).

Speciminis loco ſeqventia appono: Falſum eſt fictum mendatium ſimile veritati. Vanum nec poſſibile nec veriſimile. Falſum loqvi men-

*) De Scriptis Hieronymi Cingularii Aurimontani, qvi etiam Cingulatorinus Aureomontenſis audit, vid. Noltenii Lexicon Antibarb: Tom. II. Bibliothecæ latinitatis reſtitutæ pag. 20, 26, 127.

mendacis eſt; Fictum callidi; Vanum ſtulti. Falſis decipimur; Fictis delectamur; Vana contemnimus.

Hortulus totus clauditur Indice dictionum & orationum vernacularum in Hortulum Synonymorum congeſtarum. qvem ſeqvuntur: a) Elegantiſſima Joannis Murmelli carmina tum de magiſtri conditionibus & barbariei eliminatione tum etiam de diſcipulorum officiis; b) Ex chiliade prima proverbiorum Erasmi: de præceptore idoneo judicium. c) Ex ſimilibus ejusdem de faciliori & magis compendiaria puerilium rudimentorum per doctum ludi literarii moderatorem traditione d) Ibidem ex eodem de barbarico libro ne attingendo qvidem nedum ediſcendo metaphora. e) ultima peroratio Henrici Fabri Elzebogenſis ſive Malmogienſis ad lectorem, in qva ſeſe adverſus eos defendet, ſi qvi plagii illum inſimularent, qvod Hieronymi Cingularii Aurimontani libellum danicæ juventutis uſu applicans non nihil immutaverit. & deniqve f). finalis concluſio: Stanneis excuſum calamis. Haffniæ apud Melchiarem blumme: artis Calcographæ Magiſtrum admodum peritum. Anno a redempto mundo ultra ſeſqvimille

Digitized by Google

milleſimum vigeſimo xiii kalen: Martias: Cum privilegio.

Sicut bona pars Diſſertationis noſtræ, ſuperiori anno ſub titulo *Notitiæ* editæ, continetur variis Eruditorum conatibus, ad *Doctrinale* Alexandri Theopagitæ, & reliqva præcepta ſemibarbara e ſcholis patriæ ejicienda ſpectantibus, ita etiam in hujus anni *Mantiſſa* conſcribenda id inprimis egimus, ut ſingula huc pertinentia congereremus collectanea; & conſiderari itaqve debet hæc diſſertatio etiam iſto reſpectu qvaſi appendix vel continuatio prioris iſtius, anno proxime elapſo conſcriptæ.

Nota.

In *Notitia Librorum* agitur de *Faceto*, poemate qvodam Anonymi, qvod Ordinatio ſcholaſtica Chriſtierni regis vetabat in ſcholis pueris amplius prælegi; cujus loco commendabat lectionem *Diſtichorum moralium*

ſum Catonis. — Inter codices Bibliothecæ Regiæ manu exaratos offendi poema qvoddam elegiacum, titulum *Faceti* præ ſe ferens; ego non diu meditatus credebam, hocce carmen eſſe id ipſum, qvod innuit mandatum regis; cumqve nullum mihi ad manum eſſet exemplar typis expreſſum, initium carminis aliosqve verſus deſumſi ex iſto manuſcripto, ſpeciminisqve loco opellæ meæ inſerebam. Cum vero jam mihi occaſio data ſit, in Bibliotheca Thottiana qvædam inſpicere, manibusqve tractare *Faceti* exemplaria impreſſa, animadverto *Facetum* iſtum, qvem proſcribi juſſit Chriſtianus II, eſſe plane diverſum a Carmine iſto elegiaco, qvod inter manuſcripta Bibliothecæ Regiæ ſub iſto venditatur nomine. Iſtum vero qvo minus admitterem errorem, facile evitare potueram, ſi modo ad Fabricianam in *Biblioth. med. & inf. Latin.* advertiſſem deſcriptionem, qvæ iſtis, ex manuſcripto Regio allatis, ſpeciminibus non recte qvadrat.

Ut vero plenius perſpiciatur, qvod jure meritoqve hocce poema igni comburendum & abolendum, utpote ineptum & putidum, mandaverit ordinatio ſcholaſtica Chriſtierni regis, nonnullos, coronidis loco, huc transſcribo verſus:

Dum cibus extat in ore tuo potare caveto,
In vaſis offare decet, non ore repleto.

Non panem, qvem vis in diſco mittere, morde,
Ne mappa terges naſum madidum tibi ſorde.

Ad menſam de nare tuo non extrahe rudis
Sordes cum digitis, ne videare rudis.

Ex aliis locis:

Fumo, ſtillante domo, neqvam muliere
Te remove; tria ſunt, qvæ poſſunt valde nocere

Siqve ciphum capias, utraqve manu capias tu,
Et per utrumqve latus non per ripam teneas tu.

Cum

Digitized by Google

Cum pare ſi debes vel cum meliore jacere,
In qva parte thori velit ipſe qvieſcere qvære.

Rumoris fugias tu nuntius eſſe ſiniſtri,
Nec ſine re cupias tu nomen habere magiſtri.

Tantum.

Digitized by Google

RA
35

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

OCT 29 1954

Digitized by Google